TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0896_IV**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Codex Diplomaticus
Vol. IV

896

Indice del
Diplomatario
Friulano
939

maticus

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

COMUNALE DI

1401. 13. 7bre Gemona con molti feudatarii nominatamente ciascuno entra nella lega fatta tra Udine e Cividale. 1

Ex Codice qui in Cellulario Civitatis Utini servatur

Quaternus unitatis, et fraternitatis facta cum Nobilibus, et Communitatibus Patriae Forijulii in MCCCC primo Indictione VIIII. Diebus ut infra

Consilium extraordinarium.

Acceptatio Communitatis Glemone in unionem, et fraternitate Communitatis nostre, et Communitatis Civitatis Austrie

In Dei nomine ejusque Matris Virginis Marie Amen. Anno Domini M. Quadrigentesimo primo, Indictione nona, die vero quartodecimo mensis Septembris in pleno Consilio ad sonum campanne more solito extraordinarie congregato coram Nobili Ser Bartholomeo de Mariacho Capitaneo Terre Utini, in quo quidem Consilio interfuerunt egregius Nobiles, et prudentes viri Dominus Aloysius de Zignottis legum doctor, ser Federicus de Savorgnano, ser Valentinus de Valentinis, ser Utolinus de Laturre, ser Petrus ser Beloni, Geronimus notarius Candidi, Gabriel de Soldonerijs, Honofrio de Varzano, Meliadussius de Andreotis Nicolaus Candidi, Marius de Melarcis, Simon q. Nicolai Notarii Marini, Nicolaus de Montegnaco, Geronimus notarius de Brunacijs, Prothonotarius hujus nostre Communitatis, et Dominicus notarius de Zirbinis omnes Consiliarii pro presenti anno hujus nostre Communitatis Utini pro infrascriptis peragendis specialiter congregati presentibus Nobili, et providis viris ser Johanne Zacho Nicolao q. Zanni del Jorio, Raymundo

de q. Ser Nicolai Morandi, et Federico filio ser Valentini de
Valentinis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, et aliis. Ibi-
que in dicto Concilio sic, ut premittitur celebrato comparuerunt
honorabiles, et prudentes viri Ser Bernardus della Villa, et Nico-
laus de Cramis convicini et habitatores Terre Glemone tanquam
sindici, et procuratores ipsius Terre prout patet quodam sindi-
catus instrumento scripto in presenti M.° et indictione die ve-
ro quartadecima presentis mensis manu Henrici q. Nicolai
Zanpetini de dicta Terra Glemone et proposuerunt qualiter
vigore dicti instrumenti ob eorum Communitate habent in manda-
tis ad iuvandum viciniantiam unionem, et fraternitatem nuper
factas, et firmatas inter honorabiles Communitates Terre Ci-
vitatis Austrie et nostram Utini, et quod de eorum Constituen-
tium mandato aportaverunt sigillum dicte Communitatis Gle-
mone, cum quo deberent eorum Constituentium nominibus sigil-
lare instrumentum celebratum sic ut prefertur inter istas
duas Communitates, qui per omnes consiliarios gratiose recep-
ti iuraverunt, corporaliter ad Sancta Dei Evangelia observa-
re omnia contenta in dicto instrumento dicte viciniantie et in
nullo capitulo modo aliquo contra facere dicere, vel venire
sub pena contenta in dicto instrumento. Quibus quidem
sic peractis, et celebratis illico, et continenti ad majorem vali-
dationem dictum instrumentum sigillis dictorum suorum consti-

tuentium

pentium appensione jusserunt muniri, et corroborari.

Nota quod instrumentum sindicatus portaverunt secum ad Civitatem Austrie, et ibidem illud demiserunt promittentes nobis mittere unum in simili forma

Acceptatio dominorum de Zergneo in unionem

Die XXa Septembris Utini super sala magna domus Consilii coram honorabili domino Aloisio de Zignottis, et prudentibus viris ser Petro ser Beloni Girorimo notario Candidi, Jacobo de Montegnacho, et Gabriele de Soldoneriis omnibus pro presenti anno deputatis ad regimen Terre Utini, ac coram ser Johane de Faganea, Jeronimo Trobhonotario de Brunaciis Consiliariis pro dicto presenti anno, Comparuerunt Nobiles et prudentes viri ser Johannes de Cergneo, et ser Coradus de Brazacho superiori, et proposuerunt qualiter ad eorum notitiam pervenit quod quedam sancta et optima unio, et vicinancia erat contracta inter Nobiles, et honorandos Comunitates Terre Civitatis Austrie, et Terre Utini unde cum nemunitates Terre Civitatis Austrie, et Terre Utini unde cum ne rito apareat eis sancta operatio, et ne videatur eos velle in obiquibus delivare juraverunt corporaliter dictam ligam intrantes pro se, et consortibus suis de Zergneo tantum dicentes se habere plenum mandatum cum corporali juramento ab omnibus eorum consortibus de Zergneo predictam Legam intrandi, et promittendi eam observare perpetuis temporibus, observare omnia capitula contenta in instrumento dicte unionis presentibus providis ser Macore q. Thipussii de Camino, Christophoro filio ser Valentini, et Johanne Notario q. Magistri Falconarii de Melso Utini

nobi

habitantibus testibus et aliis, et ad majorem cautelam instrumento dicte Unionis sigillo Nobilium de Cergneu sigillari jusserunt

Ego Dominicus de Zibinis scripsi.

Acceptatio Dominorum de Brazacho in unione

~~Die dicto~~,
Dictis die, loco et testibus. Dictus ser Corradus coram dictis dominis Deputatis, et de Consilio comparuit et in simili forma juravit per se, et ejus consortes de Brazacho, et similiter sigillo dictorum Dominorum Nobilium de Brazacho dictum instrumentum dicte Unionis ad majorem roboris firmitatem sigillare fecit.

Ego Dominicus de Zibinis scripsi.

Acceptatio Nobilium de Versio in Unitatem predictam

Die XXI. Septembris super magna sala domus Communis coram Nobilibus, et Sapientibus viris dominis Aloysio de Zignotis, Petro de Paloniis Utinensi de Laturre, et Gabriele de Soldaneriis Deputatis pro anno presenti ad regimen Terre Utini comparuit Nobilis ser Franciscus de Versio pro se et Consortibus suis habens in mandatis, ut dixit ab omnibus suis consortibus, et habens sigillum suum imprimendi pro se, et suis consortibus ad infrascripta specialiter peragenda intravit unionem, et Vicinitatem predictam jurans corporaliter ad Sancta Dei Evangelia per se, et ejus Consortes observare omnia, et singula Capitula, et formas contenta, et contentos in instrumento dicte Unionis, et ad Majorem firmitatem dictum instrumentum sigilli sui impressione fecit muniri. Presentibus Nobilibus ser Macore ser Nico

Nicolussio Borgisano, et Francisco Ser Tuoteri omnibus de Faganea, Domino Johanne de Cavalcantibus, Ser Valentino de Volentinis, Ser Nicolussio Bestilaqua testibus, et aliis ad infrascripta vocatis et rogatis

Acceptatio Nobilibus de Faganea in Unitatem predictam

Dictis die, loco, et testibus coram dictis dominis deputatis comparuerunt Nobiles viri Ser Marcus, Ser Nicolussius Morgisani, et Franciscus olim Ser Toteri omnes de Faganea pro se et consortibus eorum, et tota ipsa Communitate tanquam Sindici, et Procuratores dicte rum suorum Consortium, et dicte Communitatis ad infrascripta specialiter peragenda prout constat quodam publico Instrumento Judicarie scripto manu Bernardi quondam Ser Rizardi de Brazacho in presentibus IIIo et Indictione die vero XVII mensis presentis Septembris, intraverunt pro se, et dictis eorum Consortibus, et dicta Communitate Unionem et Vicinantiam predictas jurantes corporaliter ad Sancta Dei Evangelia per se et eorum Consorte, et dictam Communitatem observare omnia et singula Capitula et omnes et singulas formas contenta, et contentas in Instrumento dicte Unionis, et ad majorem roboris firmitatem dictum Instrumentum sigilli suorum constituentium impressione muniri jusserunt.

Acceptatio Ser Fadei de Manzano.

Predictis IIIo et Indictione die XXIIII. Septembris Actum Utini super magna Sala Communis presentibus Dominis Johanne de Cavalcantibus legum doctore, Antonio quondam Ser Henrici de Sbrona, et Marquardo de Andriotis testi

testibus et aliis. Ibidem coram sapiente, et honorabilibus viris domi-
nis Lodovico de Signottis legum Doctore, Ser Petro de Pettoris, Jo-
hanutto q. Ser boni, Jacobo de Montagnacho, et Jeronimo q. Candidi
quinque ex septem Deputatis Terre Utini comparens, Ser Jo.
Tadeus q. Ser Guarnerii de Manzano proposuit velle intrare ligam,
et unionem, ut supra que propositione facta ibidem acceptatus
fuit per dictos quinque Deputatos, et ipsam unionem fraternita-
tem vicinanciam intravit jurans ipsam corporaliter tactis scrip-
turis habere ratam, gratam, et firmam, et in robur hujus rei
instrumentum dicte unionis impressione sui sigilli fecit commu-
niri.

Acceptatio communis Sacili in dicta unione, et fraternitate.

Dictis M.cccc. primo, Indictione viiii.a die xv.o Septembris. Actum Utini
super magna sala communis presentibus honorabilibus et providis
viris Honofrio de Tarzano, Nicolao q. Ser Rapretti, Nicolusio
Bevilaqua, Nicolausio de Andriotis, Christophoro de Dombenis, et
Johanne de Casiriis, et Blasio q. Magistri Lazari testibus et aliis.
Ibique comparentes coram sapiente nobilibus, et honorabilibus viris
dominis Loduico de Signottis legum Doctore, Ser Petro de Pettoris Ma-
gistro Jacobo de Montegnacho, et Gabriele de Saldoneriis quatuor
ex septem Deputatis nunc ad regimen Terre Utini presidentibus,
Ser Angellus q. Ser Nicolaii, et Ser Guarnerius Feliza ambo de
Sacillo tamquam veri sindici, et legitimi procuratores dicte com-
munitatis habentes plenum mandatum ad infrascripta peragenda

prout

prout vidi constare quodam sindicatu scripto in dictis M. et Indictio-
ne die vigesimo presentis mensis manu Dorici Notarii q. Ser Per-
chiossii de Sacilo, preposuerunt in substantia, et in effectu se dicto
nomine, et pro dicta Communitate Sacili velle jurare unitatem, fra-
ternitatem, et vicinantiam noviter contractam inter Communitatem Ci-
vitatis Austrie, et hanc Communitatem Utini, qua propositione facta
tunc subito acceptati fuerunt nomine dicte Communitatis Sacili,
et pro ipsa Communitate in dicta unione, et Fraternitate sub
formis, et Capitulis in ea contentis eosdem plenius declaratis, et
juraverunt dictam unionem, Fraternitatem, et vicinanciam habe-
re ratam et firmam in animas suorum constituentium obligantes
omnia bona dicte Communitatis Sacili, et tandem muniverunt in-
strumentum dicte unionis scriptum manum Ser Johannis Notarii de
Civitate Austria appensione sigilli dicte Communitatis.

Acceptatio Nobilium de Toppo

Dictis M. et Indictione die XXVI. Septembris Nobiles Antonius et Bartho-
lameus fratres q. Ser Philippi de Toppo comparentes super Cancella-
ria Communitatis coram Nobilibus, et honorabilibus viris Ser Utino
de Laturre, Ser Jacobo de Montegnacho, Ser Gabriele de Sbroiavaccis,
et Ser Geronimo q. Candidi preposuerunt se velle intrare dictam
unitatem, et Fraternitatem rogantes dictos quatuor Deputatos ter-
re Utini quatenus eos recipere dignarentur, qui ibidem recepti fue-
runt, et sic dictam unitatem intraverunt sub modis formis, et Capitulis
in eadem liga contentis, promittentes et jurantes ad sacra Dei evange-
lia

sive dictis quatuor deputatis ipsam ligam perpetuis temporibus habe-
re, observare, et tenere ratam, gratam, et firmam, obligantes ad hoc
omnia eorum bona. Presentibus Magistro Bartholomeo q. Iacobi Lur-
toni, Nicolao Boldane, et Blasio q. Magistri Lazari testibus et aliis,
munientes finaliter instrumentum dicte unionis sigilli ipsorum im-
pressione.

Acceptatio dicta unione, et adherentia ser Bernardi de
Strasoldo suo proprio nomine, ac vice et nomine ...
Bernardi antiquioris ... filiorum olim domini Petri, et ...
filiorum olim domini Francisci de Strasoldo inferioris

Indictis M.cccc. primo Indictione nona die secundo Octobris Actum Utini
super magna sala comunis existentibus ibidem congregatis sapien-
te, et honorabilibus viris domino Lodovico legum doctor de Zignot-
tis, ser Petro de Dillonis, Iohannutto q. ser Boni, Gabriele de
Ubonevis, et Magistro Iacobo de Montagnacho quinque ex septem
deputatis huius Terre Utini expediendis presentibus sapiente
et honorabilibus viris domino Iohanne de Cavalcantibus legum
doctore, et Nicolao de Toppo, ser Nicolao q. ser Reynoldi
et Nicolussio Bevilaqua testibus et aliis. Ibique Nobilibus
Vir dominus Bernardus junior de Strasoldo inferiori comparens
suo proprio nomine, ac vice, et nomine Nobilium dominorum
Jacomini eius fratris, Bernardi Antiquioris de Strasoldo ...
filiorum olim domini Francisci ... filiorum olim domini Ioni
de Strasoldo inferiori habens ab ipsis plenam commissionem,

et

Auctoritatem pro eis, et vice, et nomine ipsorum infrascripta faciendi, ut asseruit per fidem suam, prefatam Unionem, fraternitatem, et vicinanciam dictis nominibus intravit videlicet pro se, et dictorum suorum consortium promittens et jurans ad sacra Dei Evangelia in animam suam, et dictorum suorum consortium ipsam Unionem perpetuis temporibus observare sub modis formis, et capitulis in dicta Unione facta inter Communitatis Civitatis Pistorie, et ultrici sub modis formis et capitulis in ea contentis, et in nullo contrafacere vel venire olligans ad hoc omnia bona sua, et dictorum suorum consortium, pro quibus dictam unionem intravit, et ad majorem declarationem majusque robur, et testimonium hujus adur instrumentum dicte lige in Archivio nostre Communitatis existens munivit, et roboravit impressione trium sigillorum, videlicet sui, et dicti domini Bernardi antiquioris, et prefatorum filiorum q. ser Petri

Acceptatio in dicta Unione ser Asquini de Varmo inferiori.

Dictis M. indictione die, et loco, et presentibus eisdem testibus proxime antescriptis. Dominicus q. Frissari de Persersano familiaris et nuncius specialis ad infrascripta agendum constitutus, a domino ser Asquinio de Varmo Inferiori dictam Unionem nomine dicti ser Asquini, et pro eo intravit, et juravit ipsam habere, tenere et[illegible] obligans ad hoc omnia bona dicti ser Asquini. In cujus rei illarum robur et testimonium instrumentum dicte Unionis Communivit

nis impressione sigilli dicti ser Asquini. Litteram vero continentem mandatum sibi factum, et auctoritatem sibi attributam dirisit penes Communitatem Civitatis nostre prius tamen ... sectam promittens se facturum quod dictus ser Asquinus mitteret aliam litteram nostre Communitatis de habendo ratum, et gratum id quod per ipsum Dominicum factum fuisset circa jurationem et intrationem dicte Lige nomine suo, et pro eo

Acceptatio in dicta unione, Ligantia, et fraternitate Communitatis Venzoni.

In predictis Millesimo ccc primo. Indictione VIIII. die quinto ... bis Actum Utini super Cancellaria Communis coram Sapiente, et Nobilibus viris Domino Johanne de Cavalcantibus legum Doctore, ser Nicolao q. Candidi, ser Leonardo q. ser Hectoris, ser Meliadusio de Andriottis, ser Nicolao q. ser Janni quinque ex septem deputatis Terre Utini nunc in dicto Officio presidentibus presentibus honorabilibus et providis viris ser Nicolao q. ... et Nopretti, Honorato de Varzano, Nicolussio Nevitaqua, et Christophoro de Pombenis testibus, et aliis. Ibique comparens ser Petrus q. Dominici Liotti de Venzono tamquam sindicus, et Procurator Communitatis dicte Terre Venzoni plenum et specialem habens mandatum, et auctoritatem nomine dicte Communitatis agendi, et faciendi prout de hujusmodi mandato, ac auctoritate plene facta fuit ibidem fides quodam publico instrumento sindicarie scripto in dictis M. et Indictione die vero . . . . . . mense . . . .

Pro.

proposuit qualiter paratus erat nomine dicte Communitatis Venzoni intrare, et jurare Unionem predictam factam inter nostram Communitatem ex una, et Communitatem Civitatis austrie parte ex altera sub modis, formis, et Capitulis sub quibus dicta Unitas firmata fuit. Qua propositione facta tunc statim admissa fuit ejus propositio; Et propterea ipse Petrus de Venzono tamquam Sindicus et Sindicario nomine prefate Communitatis, et per dicta Communitate coram Deputatis ut supra dictam Unitatem, Fraternitatem, et Vicinantiam intravit, et juravit sub modos, et formis in ea contentis obligans pro ejus observatione omnia bona dicte Communitatis Venzoni. Caeterum in rebus et testimonium amplius hujusmodi promissionis, et intrationis dicte Terre prefatus Petrus roboravit appensione Sigilli dicte Communitatis Venzoni Instrumentum dicte Unionis scriptum manu Ser Johannis Notarii de Civitate austrie existens penes Communitatem nostre Utini. Et notandum, quod portavit secum Sindicatum ad Civitatem austrie promittens mittere unum conservandum penes nostram Communitatem in simili forma

Ego Joannes de Prunacis scripsi.

Acceptatio Nobilium de Tricano in Unitate, et Vicinitate predictis

In predictis MCCCC primo Indictione VIIII die quinto octobris per dominos Johannem de Avoltoritibus, Ser Nicolaum q. Ser Pingi, Ser Leonardum q. Ser Hectoris, et Ser Meliadusium de Andriotis quatuor ex septem Deputatis Terre Utini super Cancellaria Communis presentibus Ser Nicolao q. Ser Repretti, et Nanio de Mutarges testibus acceptati fuerunt in premissis Unitate, Vicinantia et Fraternitate Nobiles Domini

Odo

Dorieus de Fricano suo proprio nomine ipsas intrans et jurans, et ser Bertoldus de Fricano suo proprio nomine ac vice et nomine domini Bartholomey de eodem intrans, et jurans sub formis, et capitulis in instrumentis dicte Unionis contentis eisdem plenius declaratis, quam promiserunt, et juraverunt perpetuis temporibus inviolabiliter observari, facientes munire in testimonium huius rei instrumenti dicte unionis scriptum manu ser Johannis Abbatis de Civitate Justina existens penes nostram Communitatem nominine sigillorum dicti ser Dorici et ipsius ser [illegible] [illegible]

Acceptatio Reverendi Patris domini Federici Abbatis Sextensis, et Monasterii sui Sextensis in Unione, et Ordinantia predictis.

[illegible] et indictione die sexto octobris actum [illegible] super cancellariam in muris coram domino Johanne de Cavalcantibus legum doctore ser [illegible] [illegible] qm ser [illegible] et Meliadusio ser Leonardo qm ser Hectoris ser Nicolao qm ser Zanni quinque ex septem Deputatis Terre [illegible], presentibus ser Hermanno de Attems ser Francisco de Cavalcantibus ser [illegible] de Zagarea ser Nicolao Rapretto, ser Honofrio de Vanzano testibus, et aliis. Ibique Nobilis vir ser Franciscus de Attems tamquam Sindicus Reverendi Patris Domini Federici Dei gratia Abbatis Sextensis, et monasterii eiusdem prout de huiusmodi auctoritate plene vidi constare quodam Sindicatu scripto in predictis [illegible] et indictione die vero [illegible] mensis Septembris manu Francischini notarii qm [illegible] de [illegible] eiusdem Domini Abbatis Curie scribe intravit dictam Unionem, et Ordinantiam, et juravit in animas prelati domini Abbatis, et Monacorum suorum suorumque constituentium delato sibi sacramento per Presbiterum qm Magistri Machoris ipsas Unionem, et Fraternitatem ac Ordinantiam

perpe

perpetuis temporibus firmas habere sub omnibus et singulis formis, et capitulis sub quibus facta est dictas Unionis et &c. Ceterum ad majus robor, et testimonium instrumentum dicte unionis communivit impressione sigilli predictorum Monasterii, et Abbatis. Et notandum quod sindicatum portavit secum ad Civitatem nostram promissionis nostre Communitatis remittere unum in simili forma.

Ego Geronimus.

Acceptatio Nobilibus de Fosiano in unione, et vicinantia predictis.

In dictis M. et Indictione die VII. Octobris Actum Utini super Cancellaria Communis coram domino Johanne de Cavalcantibus legum doctore, ser Nicolao q. ser [illegible] ser [illegible] ser Leonardo q. ser Hectoris quatuor ex septem Deputatis Terre Utini et in pleno Consilio dicte Terre. Ibique Nobiles ser Gaspar q. ser Nicolussii, et ser Nicolaus q. ser Vigorossii de Fosiano tamquam sindici dictorum Nobilium de dicto loco Fosiani prout de dicto sindicatu patet quodam publico instrumento scripto manu Hangarfranchi dicti Franchalini q. domini Mathiussii de Cantono Castri Fosiani in predictis M. et indictione die vero XXV. septembris intraverunt dictam unitatem, et vicinantiam, et juraverunt in animas dictorum suorum Constituentium delato eisdem debito sacramento per providum ser Geronimum notarium de Braciacis ipsas Unionem, fraternitatem, et vicinantiam perpetuis temporibus firmas habere sub omnibus et singulis formis, et capitulis sub quibus facta est dicta unitatis &c. Ceterum ad majus robur, et testimonium instrumentum dicte Unionis communiverunt impressione sigilli dictorum suorum Constituentium.

Ego Dominicus de Zerbinis.

Accep.

Acceptatio Nobilibus de Frata

Dictis M. Indictione, et die utimi super magna sala domus consilii coram domino Johanne de Cavalcantibus legum doctore ser Leonardo q.m ser Hectoris, Nicolao de Senis, et Nicolao q.m ser Zanni del Torso quatuor de septem Deputatis, et quampluribus aliis de consilio. Ibique Nobilis ser Nicolussius Comes de Frata q.m ser Nicolussii de Frata pro se ipso in quantum sua interest, ac procuratorio nomine domini Guielmini de dicto loco, et Comitis de Frata prout de procuratorio constat manu Pauli q.m ser Dorici de Valle in M. quadrigentesimo primo, Nona Indictione die quarto mensis Octobris intravit dictas unionem, et vicinitatem, et juravit in animam dicti sui constituentis et suam in quantum sua interest delato eidem debito sacramento per ser Jeronimum notarium ipsos unionem, Fraternitatem, et vicinanciam perpetuis temporibus firmas habere sub omnibus capitulis, et clausulis sub quibus facte sunt dicte Fraternitatis, unio, et vicinantia. Et ulterorum ad majus robur, et testimonium instrumentum dicte unionis munivit impressione sigilli dicti sui constituentes.

Acceptatio Nobilium de Strasoldo inferiori.

Dictis M. et Indictione VIII. Octobris super sala magna domus consilii coram domino Johanne de Cavalcantibus, Nicolao q.m Andrei, Nicolao de Senis, et Leonardo q.m ser Hectoris quatuor ex septem Deputatis, et quampluribus aliis de consilio. Ibique Nobiles et circumspecti Viri ser Nicolaus q.m Nobilis domini Johannis, et Buzinus q.m domini Rizardi de Strasoldo pro se ipsis in quantum sua interest, ac procuratorio nomine ser Hen-

teldi

celotti q.m domini Johannis Antonii, et Johannis fratrum q.m domini Tinzani Tinzani q.m domini Leonis, Nicolaus, et Johannis fratrum q.m domini Tantussii de Strasoldo inferiori prout de procuratorio constat manu Johachini q.m ser Petri merlati de grado in M cccc indictione VIIII.a die vero septimo mensis octobris intraverunt dictas unionem, et Vicinantiam, et juraverunt in animas suas, et dictorum suorum constituentium delato eisdem debito sacramento per ser Geronimum notarium ipsas unionem fraternitatem, et vicinitatem perpetuis temporibus firmas habere sub omnibus capitulis, et clausulis sub quibus facte sunt dicte Fraternitatis, Unio, et Vicinantia etc. ceterum ad majus robur et testimonium instrumenti dicte unionis munivérunt sigillo domini Anicelotti unius ex constituentibus. Et nota quod in simili fecit ser Hector q.m domini Francisci dicti Stebani de Strasoldo superiori pro se, et nomine ser Usalchi de dicto loco et munivit dictum instrumentum siglo suo

Ego Dominicus scripsi

Acceptatio Communis Aquilegie.

Dictis indictione, et die coram prenominatis quatuor ex septem deputatis et quamplurimis de consilio providi ser Johannes olim de Forlivio habitator in dicta Civitate, et magister Jacobus sartor tamquam sindici et Procuratores dicte Communitatis Civitatis Aquilegie prout de sindicatu constat manu Guidi q.m ser Cicchi notarii de Castro Durantis Urbinatis diocesis in M.cccc. Indictione nona die vero tertio mensis octobris intraverunt dictas unitatem et vicinitatem, et juraverunt

iuraverunt ad sancta Dei Evangelia delato eis delato eis debito sacramento per dictum ser Geronimum ipsas unionem fraternitatem, et vicinantiam perpetuis temporibus firmas habere sub omnibus capitulis et clausulis sub quibus facte sunt dicte fraternitas, unio, et vicinantia etc. Ceterum ad maius robur, et testimonium instrumentum dicte unionis muniverunt sigillo communitatis dictorum suorum constituentium.

Acceptatio Nobilium de Colloreto

Dictis millesimo et indictione die vero nona dicti mensis super Cancellaria communis coram domino Johanne de Cavalcantibus, Nicolao de Serris, Meliadusio de Andreottis, et Nicolaus Candidi quatuor ex septem Deputatis, ibique ser Odoricus quondam ser Ulvini de Colloreto pro se ipso, ac vice et nomine ser Johannis Paduani, domini Simonis militis, Asquinii, et Henrici fratrum omnium de Colloreto habens in mandatis a dictis dominis prout patet quadam litera scripta manu dicti ser Johannis die quinta Octobris millesimo ccc primo indictione nona, et eius ser Johannis sigillo proprio sigillata intravit dictas unionem, et vicinantiam, et iuravit in animas suam, et dictorum dominorum de Colloreto delato eis debito sacramento per dictum ser Geronimum notarium ipsas unionem et vicinantiam perpetuis temporibus firmas habere sub omnibus capitulis, et clausulis, sub quibus facte sunt etc. Ceterum ad maius robur instrumentum dicte unionis munivit sigillo suo proprio.

Acceptatio ser Bartholomei de Moniacho

Dictis die, loco, millesimo et indictione coram dictis dominis Deputatis, ibique

que ser Bartholomeus de Mariacho pro se et fratre suo Christoforo q. ser Adovici de dicto loco de Mariacho intravit dictas Unionem et Vicinantiam, et juravit ad sancta Dei Evangelia delato eidem debito sacramento per dictum ser Geronimum notarium dictas unionem, et vicinantiam perpetuis temporibus habere firmas, et ad majus robur instrumentum dictarum unionis, et Vicinantie sigillo suo roboravit.

Acceptatio Nobilium de Marutio.

Dictis M°. die loco et coram dictis dominis de Deputatis. Nobilis ser Federicus q. domini Bertoldi de Marutio pro se, et ser Marco de dicto loco habens in mandatis ut dixit, a dicto ser Marco intravit dictas unionem et Vicinantiam, et juravit ad sancta Dei Evangelia tactis scripturis eidem delato debito sacramento per dictum ser Geronimum dictas unionem et vicinantiam perpetuis temporibus habere firmas, et ad majus robur instrumentum dicte unionis et vicinantie sigillo ipsius ser Federici proprio sigillavit.

Acceptatio Nobilium de Cavoriacho.

Dictis M°. et Indictione die decimo Octobris super Cancellaria Communis coram sapienti, et honorabilibus viro domino Johanne de Cavalcantibus, ser Mesiasassio, ser Leonardo q. ser Hectoris, et Nicolao q. ser Zani quatuor ex Deputatis septem Terre Utini preceptatus fuit dominus Lodovicus de Cavoriacho suo proprio nomine ac vice et nomine omnium suorum consortium de Cavoriacho, et juravit, et obligavit omnia bona sua, et dictorum suorum consortium.

Precep.

Acceptatio in vicinantiam predictam Nobilium de Atems tam in feriori quam superiori.

In proxime dictis mº indictione, die, et loco, et coram dictis quatuor deputatis Nobilis ser Petrus de Atems superiori juravit ligam et unitatem predictas sub modis, et formis ut supra, et munivit sigilli sui impressione pro se, et omnibus, et singulis consortibus suis tam de castro superiori quam inferiori de Atems.

Acceptatio Communitatis Terre Marani in vicinantiam predictam.

In proxime dictis mº et indictione die xv. octobris ultimi super cancellaria domus communis coram domino Johanne de Cavalcantibus legum doctore, Nicolao q. Candidi Leonardo q. ser Hectoris, et Nicolao de Feris quatuor ex deputatis, presentibus ser Girolamo notario de Brunaciis, et Jacobo notario q. domini Francisci de Bossis de Mediolano testibus etc. Johannes q. ser Michaelis Bochasii de Marano sindicus et procurator dicte Communitatis, ut patet q. publico instrumento scripto manu dicti Jacobi notarii de Mediolano in dictis mº et indictione die ... intravit sub modis contentis in dicta Unione unionem predictam, et juravit ut supra, et dictum instrumentum sigilli dicti Communis appensione roboravit.

Acceptatio Communitatis Cadubrii in vicinantiam predictam.

In premissis mº et indictione, die xvIIII. octobris proxime ultimi super cancellaria Communis coram honorabilibus viris ser Nicolao q. Candidi, ser Nicolao de Feris, ser Pelicrussio de Andriottis, ci-

ves

bus ex Deputatis quia ad presens plures haberi non potuerunt, presentibus Ser Nicolussio q. Ser Zanni, Antonio de Voona, Christoforo de Borberis, Johanne de Castro, Ser Nicolao q. Ser Donretti Andrea de Voona, et Nasio de Mulargis testibus et aliis. Ibique discretus vir Ser Antonius Notarius q. Ser Allexandrini notarii de Plebe Cadubrii tamquam consilii et Communitatis Cadubrii, ut visus constare quodam publico instrumento scripto in dictis Millesimo et Indictione Die vero VIII. dicti mensis Octobris scripto manu Nicolay Palatini notarii ipsius Ser Antonii notarii et officialis de Sancto Vito. intravit dictam Unionem vicinantiarum et fraternitatem sub modis et formis in ea contentis, quam juravit in animas suorum constituentium habere firmam obligans omnia dicte Communitatis Cadubrii prefatis tribus Deputatis stipulantibus vice, et nomine hujus Communitatis

Acceptatio Communis Sancti Danielis in unitatem predictam.

Mo. et Indictione predictis die XVIIIo mensis Octobris in Cancellaria domus Communis coram Ser Nicolao q. Candidi, Nicolao de Senis, Nicolao q. Ser Zanni, Meliadusio de Andriottis quatuor ex Deputatis presentibus Ser Leonardo de Castillerio, Bernardo notario infrascripto, et Nicolao de Papiretti Camerario dicte Communitatis et aliis. Ibique providus se Petrus q. Ser Nicolai de Sancto Daniele tamquam Sindicus, et Procurator Nobilium de Sancto Daniele ut patet q. publico Instrumento scripto manu Bernardi q., or Rizardi de Pirazacho inferiori in dictis Mo. et Indictione die vero decimo presentis mensis intravit Unionem predictam, et Instrumentum

tum dicta Unionis roboravit sigillo Nobilium, et Communitatis ipsi-
us Terre, et juravit in animas dictorum dominorum constituentium.

Acceptatio Nobilium dela fratina.

Dictis M. Indictione, et die coram ser Nicolao Candidi Nicolao de Jenis duobus de septem deputatis, presentibus Nobilibus ser Federico de Avergnano, Leonardo de Castillerio, Valentino de Valentinis, Stephano Brugsio, Onofrio de Danzano, Leonardo Biasii, Laurentio Arpuli, Johannutto Boni omnibus Consiliarii hujus Terre, et aliis. Ibique providus juvenis ser Antonius q. ... Francisci dela fratina tanquam Sindicus, et procurator Consortium suorum dela fratina, ut patet quodam publico Instrumento scripto manu Franceschini q. Guillelmi de Misco in dictis M. et Indictione die XV. dicti mensis intravit dictam unionem ut supra, et juravit; et instrumentum dicte Unionis sigillavit sigillo ser Frantussii q. Nobilis Leu... Squarc de dicto loco fratine in testimonium ...

Acceptatio Nobilium de Vrodolono in unitatem predictam.

In dictis M. et Indictione die vero XX. Octobris in Consilio in quo intervenerunt Nobiles et prudentes viri Dominus Lodovicus de Zignottis, ser Valentinus, Nicolaus de Jenis, Nicolaus Candidi, Meliadusius de Andriottis, Nicolaus q. ser Zanni, ser Nicolao de Castillerio, Nicolaus de Soldoneris, Antonius de Toona, Thobias de Castillitis, Christoforus Bomberi, Marquardus de Andriottis, et Nicolaus Repretti Camerarius omnes pro presenti anno Consiliarii hu-
jus

jus Terre Utini, ubi et coram quibus ... nobilis ser Rizardus de Frodolono pro se ipso et ... fratribus suis et comitis Mathio Corrado, et ... rinno de dicto loco, et habitantibus in dicto loco de Fredolono intravit unionem et iuravit, et ad cautelam dictum iuramentum sigillavit sigillo ... suis ser Rizardi

Acceptatio communis Montisfalconis

Dictis die, millesimo et indictione coram dictis dominis consiliariis sibique, ... di ser Nassinguerra notarius, et Gabriel Scorsor tamquam sindici, et procuratores dicte communitatis, ut patet quodam publico instrumento scripto manu Federici q.m Fringolfredi de Sancto Vito in dictis millesimo et indictione die vero XXII septembris intraverunt dictam vicinantiam sub modis, ut supra, et iuraverunt, et sigillo dicte communitatis sigillari fecerunt instrumentum dicte unionis.

Acceptatio communitatis Carnee.

Dictis millesimo indictione et die coram domino Johanne de Cavalcantibus legum doctore, Leonardo q.m ... Hectoris notarii, Nicolao q.m ser Zanni et Meliadussio de Andriottis, presentibus honorabilibus viris ser Gerontino notario de Brunocis, Stephano Braglo, et Federico de Avorgnano, ... ro de Valentinis, Johanne de Maganea, Petro de Belonis, ... de Fanzarn, Johannato Bom et Nicolao Rogueti camerario omnibus consiliariis testibus, et aliis sibique nobilis ... et Bertoldus q.m ... et ser Silvester de Tonpo habitantes in Carnia tamquam sindici, et procuratores communitatis Carnee, ut patet quodam publico instrumento scripto manu Benevenuti Antonii q.m Belli de Tolmetio in predictis millesimo, et indictione die vero XXI septembris, intraverunt unionem predictam sub modis ut supra et iuraverunt, ac sigillo dicte communitatis instrumentum dicte unionis sigillari

rit faciendi. Et sic ipsi duo suis propriis nominibus tamquam de Zoppa intraverunt dictam unionem pro se ipsis, et Johanne q.m Nicolussii et Brisino q.m Gabrielis de dicto loco de Zoppo ut supra, et eorum sigillo de Zoppa dictum instrumentum muniverunt.

Acceptatio ser Antonii, et ser Federici de Mels in dictam unionem

Die XXI. octobris proxime prescripti super cancellaria communis coram domino Johanne de Cavalcantibus legum doctore, ser Meliadusio de Andriottis, ser Nicolao q.m Candidi, et ser Leonardo q.m ser Hectoris quatuor ex deputatis presentibus ser Stephano Sbruglio, ser Petro de Belonis et aliis pluribus. Ibique ser Antonius de Mels intravit dictam ligam pro se, et fratre suo - - - - et sigillavit instrumentum sigillo suo.

Acceptatio Nobilium Dominorum Baldassii et - - - filiorum olim Domini Michilis de Maniacho

Eisdem m.o et indictione die XXVII. octobris super cancellaria communis presentibus Nobilibus ser Utolino de la turre, et Johanne d.ni Ricardi de Castro, ac Candido notario de Tarcento testibus, Acceptatus fuit Nobilis vir ser Gabriel natus Nobilis domini Baldassii de Maniacho tamquam procurator dicti ser Baldassii, et Nobilium ... filiorum olim ser Michilis de Maniacho prout de huiusmodi mandato constat quodam publico instrumento scripto manu Ungarfranchi q.m domini Mathiussii de Carstono castri Fagagne reposito in archivo nostre cancellarie, in predictam vicinantiam et fraternitatem per dominum Johannem de Cavalcantibus legum doctorem, ser Nicolaum q.m Candidi, ser Meliadusium, et

Nico

Nicolaum q.m ser Zanni quatuor ex septem deputatis terre Utini, quas unionem et fraternitatem dictus ser Galvanus procurator nomine quo supra, et nomine proprio intravit easque juravit ad sacra Dei evangelia nomine proprio, et in animas suorum constituentium perpetuo habere et observare ratas, et firmas sub formis et capitulis in eisdem contentis. Ceterum instrumentum dicte unionis et fraternitatis communivit impressione sigilli dicti sui patris, in majus robur et testimonium premissorum.

Acceptatio Nobilis ser Johannini q.m ser Nicolai dicti Buglini de Tarzano Domini Juris in fraternitatem predictam.

Die XXVIIII.a octobris Utini super cancellaria coram domino Johanne de Cavalcantibus, Leonardo q.m ser Hectoris Meliadusio de Andriottis, et Nicolao q.m ser Zanni quatuor ex deputatis, presentibus Nobilibus ser Nicolao de Propretis, Johanne de Andriottis, Johanne de Cavalcantis, et aliis testibus. Ibique providus ser Nicolaus q.m ser Francisci de Soldonariis de Utino tamquam procurator Nobilis etc. ser Johannini predicti intravit unionem predictam ut supra prout de procuratorio constat manu Jacobi q.m ser Petri de Cornitiis de Castigla in dictis M.o et Indictione die vero XXI.o dicti mensis, et sigillavit sigillo ipsius Johannini instrumentum dicte unionis.

Acceptatio Nobilium de Fulcinicho in ligam predictam

Die quarto mensis Novembris ultimi super Cancellario in pleno consilio, in quo interfuerunt omnes consiliarii scripti dicta die in quaterno primo deliberationum factarum sub Camerario Ser Nicolai Repreti de Utino, ibique in dicto consilio Dominus Bartholomeus q. Domini Johannis de Fulcinico suo nomine, et tanquam sindicus, et procurator Nobilium Consortum de Fulcinicho Gerardi q. Domini Berne, Domini Oradi q. Domini Andree pro se, et Dominum Fantussinum ejus fratrem prout de procuratorio constat in dictis M. et Indictione die XXIIII. Octobris manu Johannis q. Ser Nicolai Mistiottis de Portunaone intravit dictam Unionem, et juravit in forma, et sigillavit suo sigillo pro se, et dictis consortibus instrumentum dicte Unionis.

Acceptatio Communis Portusgruarii in Ligam.

Die quinto Novembris ultimi super Cancellaria in Consilio ad sonum Campane extraordinarie celebrato in quo interfuerunt ultra duas partes Consiliariorum. Ibique Ser Zanitus Broti q. Ser Anastasii Broti de Portugruario tanquam sindicus, et procurator hominum, et Communitatis Terre Portusgruarii intravit Ligam, et Unionem predictam, et juravit ut supra, et sigillavit instrumentum dicte Unionis sigillo dicte Communitatis in fidem, et testimonium premissorum prout de sindicatu predicto constat manu Johannis q. Magistri Fran

cisci

cisci de Fortiogruario in dictis M.° et Indictione die vero primo mensis Novembris.

Acceptatio communitatis sancti Viti in ligam predictam.

Dicta die in dicto consilio in quo interfuerunt Egregius, et Nobiles domini Johannes de Cavalcantibus, Nicolaus de Senis, Meliadussius de Andriottis, Nicolaus Candidi, Leonardus Ser Hectoris Nicolaus Ser Zanni, Bertus de Bellonis, Thobias de Sibilistis, Nicolaus de Donna, Magister Henricus Sartor, Johannes de Faganea, Stephanus Bertolini, Johannes de Cassinis, Candidus de Tarcento, Leonardus Thiatdi Bartholomeus de Venzone, Johannes Ottacini, Blasius Magistri Lazari, Nicolaus de Fereculo, Hieronimus Notarius de Brunacciis, Dominicus de Zilbini, et Nicolaus Canevarius. In dicto consilio Ser Biachinus Notarius, et Benvenutus Sartor tamquam Sindici, et procuratores hominum, et communitatis sancti Viti, prout de sindicatu constat manu Nicolai Notarii q.m Ser Bartholomei nominati Bertolussi in dictis M.° et Indictione die vero Veneris XXVIII mensis Octobris intraverunt dictam unionem et Ligam, et juraverunt ut supra, et sigillo dicte communitatis sigillaverunt instrumentum dicte unionis.

Acceptatio Nobilis Bogini de Castello in unionem predictam.

Dicta die coram Egregio, et prudentibus Viris domino Johanne de Cavalcantibus, Nicolao de Senis, Nicolao de Zani, Leonardo Ser Hectoris, et Nicolao Candidi omnibus deputatis. Ibique dominus Bevenarius

dus q. Domini Nicolai de Strasoldo tanquam Procurator Nobilis domini Doymi de Castello prout de Procuratorio constat manu Johannis Notarii de metis in quadam carta papirea nota ipsius ser Johannis in dictis M. et Jndictione die vero quarto mensis Novembris intravit Unionem predictam, et juravit in animam sui constituentis, et sigillavit instrumentum sigillo dicti domini Doymi.

Acceptatio Nobilium de Villalta in Unionem predictam.

Dicta die coram dictis dominis Deputatis ser Maynardus de Villalta pro se, et consortibus pro quibus promisit de rato intravit dictam Ligam et sigillavit instrumentum dicte Unionis sigillo dicte domus de Villalta, et juravit in animam suam, et dictorum consortium. Consortes sunt ser Nicolaus, et Ereganea de Villalta.

Acceptatio Dominorum de Valvesono.

Die septima Novembris Adunati Utini in pleno Consilio super Cancellaria ubi interfuerunt Egregius dominus Tristanus de Savorgnano, Egregii et sapientes Dominus Johannes de Cavalcantibus, dominus Alborisius de Zignotis, ser Nicolaus Tinzi, ser Nicolaus domini Tristanni, ser Fedricus de Madrisio, ser Valentinus, Leonardus Jaunett, et aliis in copia. Nobilis ser Henricus q. domini Ulvini de Valvesono tanquam Procurator Nobilium dominorum Rizardi de Valvesono, domini Johannis, Bartholomei, et Anthonii fratrum q. domini Simonis de Valvesono prout de dicto Procuratorio constat manu providi Merchiotis filii q.

ma-

Magistri Baldassarii Sirosii de Valvosone in M.CCCC. primo in-
dictione nona die quarto mensis Novembris introvit Ligam, et
unionem prelibatas sigillando instrumentum ipsius unionis
sigillo proprio predictorum constituentium, jurans in animas suo-
rum constituentium ut supra consuetum jurare.

Acceptatio Dominorum de Spegnimbergo.

Dicta die in dicto Consilio Nobilis Ser Johannes suo proprio nomi-
ne, et tamquam procurator Nobilium Ser Gregorii et Ser Jo-
hannis Fratrum, et aliorum Dominorum de Spegnimbergo ex-
cepto domino Vincislao intravit Ligam predictam jurando et
sigillum imponendo, prout supra ceteri fecerunt, prout constat
de Procuratorio manu providi Antonii q. Nicolai olim Ser Gua-
nerii de Spegnimbergo in M. CCCC. primo indictione nona
die secundo mensis Novembris

Ego Nicolaus Mattiussius scriba Commu-
nis scripsi rogatus.

Acceptatio domini Freschi pro se et consortibus

Dicta die in dicto Consilio dominus Freschus de Partistagno pro se, et con-
sortibus suis, pro quibus promisit et &c. intravit Ligam, et unionem
predictam jurandum, et sigillum imponendo, prout supra per alios
factum est per ipsos qui ipsam Ligam intraverunt.

Nicolaus scripsi.

Acceptatio domini de Prampergo.

Dicta

Dicta die in dicto consilio Nobiles ser Jacobus justus q. ser Simonis, ser Petrus, Birtolussius et Andreas fratres q. . . . et ser Bartholomeus q. ser Ricardi omnes de Frampergo intraverunt Ligam et unionem predictam, et prefatus ser Jacobus justus etiam nomine ser Mathiussii de Frampergo intravit Ligam predictam jurando, et sigillas imponendo, prout ceteri fecerunt quisupra eandem Ligam intraverunt.

Ego Nicolaus scripsi prefatus.

Acceptatio domini Worlici de Castello.

Die VIII. Novembris, Johanne q. Cavalli de Tarcento tamquam Procurator domini Worlici de Castello Acceptatus fuit in dictis Cumnantia, et unitate sub Lazia magna novo per dominum Johannem de Cavalcantibus ser Meliadussium, ser Leonardum q. ser Hectoris, Nicolaum q. ser Zanni, Nicolaum de Ferris, presentibus domino Lodovico de Cignottis, ser Johanne de Fagagna, et ser Nicolao q. ser Nopretti. De hujusmodi vero mandato constat quodam publico instrumento in dictis M°, et indictione die vero XXVIII octobris manu Nicolai Notarii de Frampergo: et munivit instrumentum dicte unionis impressione sigilli dicti domini Worlici:

Acceptatio domini Johannis de Zucho pro se, et fratre.

Die

Die VIIII. Novembris super Cancellaria Communis stans acceptatus fuit in dictis unione, et fraternitate Nobilis Ser Johanne de Zucho, qui juravit per se et ... frater suo per dominum Johannem de Cavalcantibus legum doctorem, Ser Nicolaum q. Candidi Ser Meliadusium de Andriottis, Ser Nicolaum Ser Vinci, et Nicolaum q. Ser Zanni quinque ex Deputatis Septem Terre ipsius, et roboravit instrumentum unionis, impressione sui sigilli

Acceptatio Nobilium de Porciliis excepto domino Ser Artucho, et domino Morando.

Dicto die per dictos dominos Deputatos acceptati fuerunt in dictis Liga, et unione Nobiles de Porciliis excepto dominis Artucho et Morando vigore quarundam litterarum missarum per dictos consortes, cum hoc quod infra ad dicto dies debeant venire vel missise aliquem Procuratorem legitimum ad jurandum, et etiam ad roborandum dictum instrumentum unionis impressione sigillorum, vel sigilli aliquorum, vel alicujus ipsorum vel ipsius

Juramentum prestitum cum impressione sigillorum

Die XIIII. Novembris constitutes Nobiles viri dominus Guido de Porciliis suo proprio nomine, ac vice et nomine fratrum suorum, nec non domini Lodovici de Porciliis, ac dominus Guecilus suo nomine tantum juraverunt ad Sancta Dei Evangelia dictas unionem, et fraternitatem perpetuo observare, et fecerunt munire instrumentum unionis sigillorum domini Lodovici, ipsius

ipsius domini Guidonis et ipsius domini Vecchi impressione super Cancellaria Communis coram domino Johanne de Cavalcantibus ser Nicolao q. Candidi, et ser Meliadussio de Pedrottis.

Acceptatio in dictam unionem Terre Fulmetis

Die x. Novembris Urbini super Cancelleria Communis Urbini in pleno Consilio in quo interfuerunt ultra duas partes Consilii ibique magister Leonardus Asianis, et Petrus alias Calussii tamquam sindici, et Procuratores hominum et Communitatis Terre Fulmeti, prout de Procuratorio constat manu Laurentii q. ser Magnardi de Fulmetio in dictis M.° et Indictione die vero quinto Novembris intraverunt dictam unionem, et roboraverunt dictum instrumentum dicte unionis sigillo dicte Communitatis, et iuraverunt in animas dictorum constituentium, et tamquam sindici, et Procuratores quarterii Fumetti, et pro Quarterio Sancti Petri prout dicta supra.

Acceptatio Communitatis Medune in dictam unionem. Di

Dicto die in dicto Consilio, ser Nicolaus de Toppo Urbini habitans tanquam sindicus et procurator hominum, et Communitatis Terre Medune prout de Sindicatum constat manu Petri de Vinea de Tolcinicho in dictis M.° et Indictione, quintodecima octobris intravit dictam Ligam, et sigillavit instrumentum dicte Communitatis

nis, sigillo dicte Communitatis, et juravit.

Acceptatio Nobilis ser Johannis de Fontebono in unionem predictam.

Dicta die coram majori parte consiliariorum Nobilis ser Johannes de Fontebono pro se, et Jacovozan fratre suo acceptatus fuit in unionem predictam, et sigillavit instrumentum dicte Unionis sigillo suo, et juravit.

Acceptatio Nobilium de Sbrojavacha.

Dicta die super dicta Cancellaria coram domino Johanne de Cavalcantibus legum doctore ser Meliadussio de Andriottis, ser Nicolao q. ser Dinqi ser Nicolao q. ser Zanni quatuor ex septem Deputatis, Nobilis dominus Franciscus q. .... de Sbrojavacha dictam Unionem et Fraternitatem intravit nomine suo et pro consortibus suis, a quibus asservit se habere mandatum, et juravit, et communivit instrumentum dicte Unionis impressione sui sigilli.

(Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = esistenti presso del Sig. Carlo Fabricio = Tomo I. pag. 210. Carolus Fabricius collocavit et descripsit.

Castello di Porpetto 24 Febraro 1619.

Frangipane

1402 23. xbre Bonifacio Papa commette al Pievano di Flambro di 256.
assolvere Nicolò Tristano dell'uccisione del Vescovo di Concordia.

Ex originali

Bonifacius episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Jacobo Gervasii de Utino Plebano plebis de Flambro Aquilegensis Diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Sedes apostolica pia mater recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum libenter se propiciam exhibet et benignam. Sane signum pro parte dilecti filii Nobilis viri Nicolai quondam Tristani de Utino Domicelli Aquilegensis Diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum olim de morte bone memorie Augustini episcopi concordiensis tunc in humanis agentis a quibusdam sibi emulis et malivolis tractaretur idem Nicolaus existens inter ceteros tractantes principaliter quadam die eundem Episcopum agressus fuit cum quibusdam suis in hac parte complicibus et evaginatis gladiis eundem Episcopum gravibus et mortalibus vulneribus enormiter percussit ex quibus idem episcopus diem suum repente clausit extremum majoris excommunicationis et alias sententias penas tam a jure quam ab homine in talia perpetrantes inflictas damnabiliter incurrendo. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat idem Nicolaus de tam gravi excessu et enormi cum summa cordis contritione doleat ab intimis cupiatque ad Ecclesie redire unitatem pro parte dicti Nicolai nobis fuit humiliter supplicatum ut cum eo mansuete et benigne agere ipsique et ejus statui super hiis salubriter providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur

atten.

attendentes quod sedis predicte clementiam non consuevit peni tentibus veniam denegare hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue de qua in hiis et aliis specialiter in Domino fiduciam obtinemus per Apostolica scripta committimus et mandamus eundem Nicolaum quem dudum qui etiam in morte quondam bone memorie Johannis Patriarche Aquilegensis culpabilis extitit a reatum nec non sententiis et penis quas tunc perpetraverat et incurrerat absolvi mandavimus quique ea que sibi ratione culpe injuncte fuerant ex certis causis juris et rationabilibus nobis expositis quas ex certa scientia haberi volumus presentibus pro expressis nucusque peragere non potuit si hujusmodi ejus reatu intima cordis contritione cognoscente hoc debita cum instantia humiliter petierit ab hujusmodi et aliis sententiis et penis tam a jure quam ab homine latis quas propter premissa incurrisse dinoscitur auctoritate nostra absolvas in forma Ecclesie consueta ipsumque ad quecumque honores dignitates, ecclesiastica et officia ac privata et publica secularia si alias ad ea assumi et eis perfici contigerit habilitas et in pristinum statum in quo ante hujusmodi reatum et excessum existebat restituas injuncta inter cetera eidem Nicolao propter reatum et excessum predictos penitentia salutari hoc modo videlicet quod idem Nicolaus de bonis propriis tres puellas dicte Aquilegensis diocesis paupertate gravatas juxta illarum

con-

conditionem et indigentiam maritare nec non unica vice Aqui legensem et semel dumtaxat Sancte Marie de monte dicte Dio= cesis ecclesias visitare et singulis diebus veneris usque ad septennium à tempore quod illud comode incipere potevit com= putandum tres personas pauperes nutrire et in victu provide= re teneatur. Quandoque ex que Johannes de Jaganea dicte Aquilegensis Diocesis qui conscius extitit mortis etiam dicti Fatri= arche et quem absolvi mandavimus et que ratione culpe si= bi injuncta fuerant ex eo adhimplere non potest quia podagra et infirmitate gravibus detinetur absolvas et commutis sibi in alia opera pietatis et alia que de jure fuerit injungenda prout secundum Deum ipsorumque Nicolai et Johannis sta= tu et animarum salutem prospexeris salubriter expedire su= per quibus tuam conscientiam oneramus. Non obstantibus privilegiis indulgentiis et constitutionibus apostolicis ac le= gibus imperialibus et statutis municipalibus et aliis contra= riis quibuscumque per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quocumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Datum Rome apud San= ctum Petrum X. Kalendas januarii Pontificatus nostri anno duodecimo.

Gratis de mandato

domini

Domini nostri Pape
Deodato.

Da volumi di documenti racolti dal quondam monsignor Fiorio d'Udine nell'Archivio del Capitolo d'Aquileja, i quali non hanno titolo, ne numerazione di volume o di pagina, ed esistono nella Biblioteca del Sig.r Conte Giusep.pe di lui nipote.

Cas.o di Porpetto 21. 9bre 1817 (Giuseppe Fruminiane

·14.1, 1

1403. 1. Gennajo Corrado Bojano maresciallo di antonio Pat: concede sal-vacondotto ad uno di Cividale accusato d'omicidio. 254.

Tenore presentium notum facimus universis et singulis has nostras lit-
teras inspecturis et audituris. Nos Conradus Boyanus Miles de Civitate
Austrie Reverendissimi in Christo Patris et Domini nostri do-
mini Antonii dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis dignis-
simi Pathriarche ejusque Aquilegensis Ecclesie Marescallus generalis.
Quod nos considerantes utilius fore Aquilegensis Ecclesie supradicte
quod fideles, subditi et servitores ipsius domini nostri domini Pa-
thriarche, sueque Aquilegensis ecclesie in locis, dominio, et in confinia
dominii ipsius Pathriarche, et Aquilegensis ecclesie supradicte habi-
tent et morentur, quam per terras, dominia, et loca aliena vagentur,
instantibusque nonnullorum fidelium prefati domini nostri Pathriarche,
sueque Aquilegensis ecclesie antedicte supplicationibus inclinati pro
Nos, et omnes et singulos ipsius domini nostri reverendissimi
Pathriarche, sueque Aquilegensis ecclesie familiares, officiales, servitores, et
subditos, quos fideles presentes, et futuros in persona bonis et rebus
affidamus, et via, modo, jure, et forma affidationibus quibus possumus
tenore presentium assecuramus Bertrandum qd. habitantem in burgo
pontis Civitatis Austrie, natum quondam Johannis, missum murato-
ris de Grigloyo prope Saltum, qui Utini habitare solebat. Ita-
que morte et mortis infamia quondam Johannis Ribuelle qd. de
Utino et in eodem soliti habitare, de quo forsan culpabilis non
obstante, ac etiam aliquibus civilibus processibus, sententiis, et proclama-
tionibus

proclamationibus causa predicte mortis, et infamie mortis predicti quondam Johannis Ribuello tat factis, latis, et promulgatis non obstantibus. Item Beltramus tat in quibuscumque, ac in omnibus, et singulis Terris, Vidis, locis, Castris, et ubique sub prefati Domini nostri domini Patriarche, et Aquilegensis ecclesie, et patrie Forijulij dominio, jurisdictione pertinentiis, et districtu, exceptoque in dominio Utini, et eius districtu, ubi delictum seu homicidium hujusmodi dicitur esse commissum ire, stare, redire, abitare, et morari tute, libere, et secure possit, et valeat ad ejus libitum voluntatis ipse, ab ejus inimicis custodiente. Harum quas sub nostri sigilli munimine fieri mandavimus testimonio litterarum. Datum in civitate Austrie die primo mensis januarij sub anno dominice nativitatis Millesimo Quadringentesimo tertio indictione undecima.

Alexius de Arena notarius scripsit

Copiato dall'originale esistente nella raccolta di pergamene del Nob. Sig. Antonio Nicoletti di Udine — Raccolta di Pergamene pagina 258.

Castello di Porpetto 25. 9bre 1815.

Frangipane

1403. 10. 7bre — Visconti Duca di Milano partecipa al Patriarca la morte del Duca suo Padre

Reverende Pater, et Amice carissime. Lugubrem casum dolende mortis q.m Illustrissimi Principis, et Excellentissimi Domini Genitoris nostri cum maxima cordis amaritudine Paternitati vestre notificare compellimur, dum febres cum intersitis, ac intersectis spatiis alloquin remitterentur, interdumque fierent fortiores, tandem pluribus ipsarum secutis accessibus ad extremum deductus fuit, uno excepto, quod prestantissimus ejus honoratissimi Principis intellectus, usque ad ultimum finem semper remasit incolumis. Receptis namque per eum devotissime omnibus sacramentis Ecclesie proximis his diebus, heu proh dolor! quam amaris singultibus nunciamus, spiritum reddidit Creatori nam hoc insperatum, et acerbissimum vulnus non expectabat filiacio nostra, nec ejus etas que adhuc recens et solidissima erat, nec ullus inordinantia qui semper in eo modestissimus fuit hunc intempestivum excidium inducere debuissent. Vixit quidem semper recolende memorie Princeps magna Dei reverentia, et veneratione suffultus, vite adeo moderatus et continens juxta per quempiam excogitari potuisset tam devotus, et sobrie vite Principem nonnisi in extremis communis vite terminis seculum hoc relinquere debuisse. Verum presidens cunctis Omnipotens cogitationes humanas vertit ad libitum, et adversa prosperis commiscendo nobis fragilitatem nostram ostendit ut modeste secundis fruamur, et nos adversa non deprimant: Reliquit nobis excellentissimus Princeps ipse, ut mundo notum est, tot magnificas urbes, tot terras et oppida, potentiam divitias Amicorum, sociorum, et subditorum benevolentiam, et amorem, qui ejus obitus dollentissimi irrecuperabilem

esse

esse videntes eorum corda radicitus fixerunt in nobis. Reliquit quoque magnificorum, ac spectabilium, probissimorumque Virorum nobis copiam, quos victus et militaris disciplinae, et exercitium longum, et communis in dubiis rebus securitas fecit audaces, nec minus honorabilium et gravium Virorum comitivam, quos in scientiis peritos et in agibilibus mundi prudentissimos, et sequaces longa experientia comprobatissimos fecit, itaque Dei gratia veraciter dici potest hunc nostrum statum quacumque ex parte omni roboris firmitate vallatum. Sed quod hec ad solamen nostrum, et quod tam prudentissimo, et dulcissimo Genitore nostro orbati maneamus, non est nobis patientie locus memorantibus quanta nos semper teneritate dilexit: si equidem nobis egrotandum erat, et ipse animo affligebatur, et nunquam sibi quies, donec Deus nos in pristinam sanitatem reduxisset. Nunquam Pater ampliorem charitatem, dulcedinem, et amorem ostendit in filios. Horum recordatio, et filiale debitum acerbissimis aculeis precordia nostra compungat, ut iuxta unguem nostris querelis et veris eius laudibus finis esset, verum scientes olim predictum Illustrissimum Dominum Genitorem nostrum vos ut spiritualem Patrem, et Amicum tenuisse et reputantes nos eiusdem amicitiarum vestigia quantum nobis possibile fuerit imitari cupientes de hoc nostro adverso casu vobiscum amicabiliter duximus condolendum, intendentes vos in Patrem et Amicum specialem nostrum tenere, et reputare et quod vestra vice erga nos illud idem facere valeatis ac nos semper requirere confidenter, si qua possumus vobis

gra-

gratam, ad que nos offerimus semper dispositos, et paratos,

Datum Mediolani die X Septembris MCCCCIII.

Johannes Maria Angelus Dux Mediolani, et Comes Anglerie, ac Bononie, Pisarum, Senarum et Perusii Dominus &c.

Philippus Maria Comes Papie, ac Verone Dominus

Da Manoscritto del Conte Asquini nel nostro Archivio

Cas.° di Porpetto
10. 7bre 1822

Frangipane

1403. 17 8bre) Morando di Porcia partecipa ad altro suo fratello la spedizione del Carrara contro Brescia, e la pace tra il legato e la D. di Milano. 253

Egregie frater carissime. Recepi unam tuam litteram cum una introclusa de tua manu datam Mugle die III. Octobris, qua plane intellexi et de tui sanitate ac de nouis de partibus illis consolationem recepi immensam. Ad factum Brixie nimis longum foret ad scribendum sed aliqua particulariter, per que conclusionem comprehendere poteris totius facti non longo explicabo sermone. Et scias, quod ... mo Magnificum Dominum Dominum Padue ualde solicitatum fore intrandi ligam D. Cardinalis et Florentinorum in qua liga tandem intrauit pactis firmatis inter ipsos quod magnificus D. Padue habere debeat quatrincentas lanceas de gentibus dicti D Cardinalis et Florentinorum et accedere personaliter ad partes Lombardie et ipse D. Cardinalis cum reliquis gentibus stare deberet ... aliam partem ultra Padum. Die uero XII. Augusti proxime elapsi recessit Magnificus D. Padue cum certa quantitate suorum ciuium et prouixionatorum, et finaliter castrum Baldum aplicuit, et illa nocte et mane sequente aplicuerunt ille quatrincente lancee et ducenti prouixionati D. Marchionis et die XVI Augusti in teritorium ueronensem transiuimus, deinde uersus Brixiam tendentes. Placuit autem Ciuibus Brixie, partis guelfe magnificum D Padue in Dominum habere, qui mitius sed tandem uidens bonam uoluntatem dictorum Ciuium et oblationes eorum maxime quas erga magnificum agebant feliciter et cum magno gaudio cum suis gentibus fecit ingressum Ciuitatis Brixie ac magna consolatione baculum Dominii acceptauit. In Ciuitate eius predicta est Citadella fortissima in qua erant reducti gebilini et officiales Ducis mediolani

et gentes armigere Duci Mediolani que in dicta civitate stabant et ibi fiebant deffensiones magne et, cavamenta deffensionum. Magnificus autem dictam Citadella pro certa quantitate pecunie ab stipendiariis qui ibi erant, potuit habere et cum certis aliis pactis &c. Sed cives Brissie nunquam voluere accordire ymo volebant ipsam Citadellam per vim habere et per bellum et quod inimici sui videlicet gibilini omnes perirent. Magnificus dictis civibus noluit discomplacere, tamen dictam Citadellam pro dictis denariis libentissime accepisset. Interim sic stans in Brissia post aliquos dies Magnificus habuit novum quod factum erat concordium inter D. Cardinalem et D. Ducissam hiis pactis, quod D. Cardinalis vice SS. D. Pape haberet Bononiam et Perusium et alias terras Romagne. De gentibus autem D. Cardinalis transiverant quatrincenti equi ultra Padum et transibant continue, sed propter concordium factum gentes predicte fecit reverti. De hoc autem concordio habuit Magnificus maximam malinconiam et magnum displicere dubitans non posse perficere quod inceperat, ac sentiens se non ita potentem gentium sicut prius erat. Disposuit namque prefatus D. et ille Citadellam predictam bellandi, et facta fuere festinanter cavamenta bellandi, que finaliter bellata fuit, et haberi non potuit per vim, sed pacto convenerunt illi de Citadella quod si succursus eis non veniret hinc ad tot dies Citadellam predictam dabant Magnifico. Die autem illa qua Citadella debebat haberi eis venit succursus videlicet D. Jacobus de Verme D. Otto D. Gal...

de Mantua

de Mantua bene cum quattuor mille equis, et in Citadelam intrauerunt
quod eis non potuit resisti, et uictualia in dicta Cittadella posuerunt
Magnificus uero pluribus diebus anteactis et antequam hec fuerent
miserat D. Bonifacium de Guarnerinis et me ad inclitum Federicum
Ducem Austrie qui erat illo tunc in Bolzano causa confederandi ligam
de ipsis Ducibus ad Magnificum et causa petendi succursum a dictis Duci
bus pro tutella dicte Ciuitatis Brixie et causa prosequendi etiam ad
majora. Unde responsum ab ipso nullum habere potuimus quia
iuuamus est, donec mitteret ad Ducem Leopoldum, et hoc facto uidentes
non de proximo habere posse responsum neque succursum gen
tium suarum D. Bonifacius uersus Paduam di- - - - et ego uersus
Brixiam diuerti et cum fui longinquus octo miliaria a Brixia sciui
quod D. Jacobus de Verme et Dominus Otto et alij adunauerunt gentes
illasque erant Bononie, et de alijs gentibus, et die antequam illuc
aplicarem succurerant Cittadelam et intrauerant in Cittadella
ego autem timens Brixiam non tute, posse accedere nocte illa hospitatus illic
et mane sequenti sciui quod Magnificus cum natis de Brixia recesserat
causa dirigendi ad Ducem pro succursu. Hoc autem sciens dispositi reuerti
uersus Tridentum et sequi Magnificum donec reperirem quem repperi
quod Tridentum. Die autem ista qua recessi causa sequi Magnificum
illi de Cittadella voluerunt in Ciuitatem intrare per vim, et facte
fuerunt scaramucce magne, tandem nostri obtinuerunt et de ipsis multos
interfecerunt et ceperunt. Ad factum Magnifici finaliter Bolzanum
ad Ducem Federicum aplicuit causa habendi gentes ab ipsis Ducibus

Aastre et reverti Brixiam cum dictis gentibus, sed in conclusione non fuit modus quod illa tune haberet gentes aliquas, et stando super hijs terminis Magnificus novum habuit quod gentes omnes sue que remanserant Brixie, timentes dictam Civitatem non posse retinere et timentes ne adhuc major succursus gentium in Citadella veniret et videntes quoque eis non venire succursus aliquos nec sperantes habere de proximo, ad conventionem et pactum venerunt cum illis de Citadella primo quod guelfi forent salvi, et sua bona, et quod quis vellet stare in dicta Civitate staret, quis non recederet et restitueret Civitatem D. Ducisse et quod ipse gentes Magnifici haberent salvum conductum per viginti dies quo tute possent Paduam accedere, et quod eis darentur passus per quos transire possent Mencium et Laticem tute, et sic factum fuit, unde sani et salvi omnes et tute et cum scortis Paduam applicuere. Magnificus autem et nos qui cum ipso eramus per Alamaniam et Foriulum videlicet per illam viam quam fecit Rex Romanorum veniendo Paduam, sani, et salvi omnes Padue applicuimus, et non ita cito tamen ut scribitur. Novam autem quam hic principaliter habemus scias quod Mediolanenses elegerunt consiliarios et Rectores inter se, et non est modus quod aliquas gentes armigeras in dicta Civitate velint suscipere dicunt tamen veniat Ducha, Cremona, Crema, Lodi adhuc retinentur pro parte guelfa. Florentini ostendunt velle maxime guerram nescitur vero adhuc si guerra vel pace sequetur. Scivi quoque per nuncium fide dignum

qui

qui de Mediolano nuper venit qui dicit, quod si D. Cardinalis non ita cito fecisset concordium, status Ducis Mediolani erat in ruino et quod Papia et Alexandria jam incepevant revolutionem sed propter concorditum ut supervus steterunt super se, tamen Facin Canis mediam Alexandriam videlicet partem guelfam spoliavit. Recepi cavatellum unum ~~filum~~ firmum quem mittis mihi, et tibi mitto ..... V.. pro caligiis et I. par oclarium per presentium latorem si de aliqua alia re egentiam habes nuncii de Mugla venetis ita sepe veniunt quod semper mihi potes scribere. Scum sanus, tregua que facta fuit de Duce Mediolani ad Magnificum Dominum Padue spirabit die XVIIII. presentis mensis Octobris.

Morandus Comes de Purziliis Data Padue XVII. Octobris

(tergo)

Egregio et Nobili viro Articho
Comiti de Purziliis frati car.

Verci: Storia della Marca Trivigiana Tomo 16.
pag. 49. Doc. 2020.

Franzisane

1404 12. maggio Roberto Re dei Romani esorta il Carrara a proseguire le sue imprese assicurandolo averlo raccomandato al Papa. 203.

Rubertus Romanorum Rex Dom. Padue salutem. Probatam fidei tue constantiam quotidie magis ac magis admiramur; imprimis vero invictum animum tuum in obeuntis belli muneribus nunquam satis laudare possumus. Nam et Veronam urbem cum arce munitissima Imperio nostro restitui sedulo curasti, nec ullis laboribus aut vigilijs pepercisti, ut cetere urbes, que iampridem ab Imperio nostro descieverant, nobis redderentur, que rata et grata habentes tum maximis laudibus te comulamus tum accesionibus Imperij merito gratulamur. Age ergo ac perge qua cepisti via Vicentiamque urbem de hostium manibus extorque, reliquaque oppida per Cattarinam de Vicecomitibus, et liberos eius minus iuste occupata. Nos profecto fidei ac virtuti tue nunquam deerimus gratoque animo tuo quam liberaliter respondebimus. Nam et Santissimo Domino nostro Romano Pontifici, Illustri Duci Venetiarum, Venerabili Patri archie Aquilejensi et alijs nostris ac sacri Imperij socijs te diligentissime Commendavimus orantes ut tibi nostris sacri Imperij negocijs ac quibusquunque rebus presto essent. Quos et certiores fecimus, nos ad te legationem cum locupletissimo mandato decreturos, ac in Italiam quamprimum venturos. Verone autem residebimus, ad negocia et imperij munera uberius obeunda. Vale. In Castro nostro Heydelberg mensis Maji die duodecimo MCCCCIV Regni vero nostri anno quarto.

Verci – Storia della Marca Trivigiana
Tomo 18. pag. 63. Doc. 2028

Gennari

1404 al 1406 — I Consorti Strasoldo chiedono soccorso a Cividale per Isola avendo il Pat: ordinato che restassero a difesa d'Aquileja
8. giugno — le milizie colà dirette.

Ex Archivio Civitatis Forijulii.

Nobilibus et Egregijs Viris Dominis
Gastaldioni, Provisoribus et Consilio
Civitatis Austrie
Amicis et uti Fratribus carissimis [illegible]
[illegible]

Intus.

Nobiles et egregii Amici Majores cum recomendatione salutem. [illegible] avisatione [illegible] per Nobilitatem vestram facta infinitas eidem Nobilitati vestrae referimus ~~gratiarum~~ actiones. Eodem modo hodie summo mane fuimus avisati per Reverendissimum nostrum ~~Dominum~~ Patriarcham qui scripsit Domino [illegible] Comendiensi ad eius nos familiaribus qui hic erant et qui recesserunt propter dubitationem in Aquilegia pro custodia ipsius mandaret quod [illegible] non recederent [illegible] ad [illegible] aliud habere in mandatis. Qua propter rogamus instantissime vestram Nobilitatem succurrere isti casui cum [illegible] similiter hodie scripsimus [illegible] Reverendissimo Domino Nostro Patriarche de Majori subsidio quia speramus si isti de Insula habebunt illa [illegible] subsidium inimici nullam inde [illegible] utilitatem quia erunt numero circha

ill.

iii. ad defensionem dicte Insule [illegible] est [illegible] [illegible] de Insula contra inimi-
[illegible] singularem,
[illegible] Insule non [illegible] quomodo [illegible]
[illegible] occurunt [illegible]
[illegible] Strasoldi [illegible]
VIII. junii.

[illegible] Strasoldo [illegible]
[illegible]

Da Manoscritti del [illegible] Monsignor [illegible]
[illegible] Canonico di Cividale [illegible]
[illegible] Tomo [illegible]
pagina 72. esistente presso il
Nobile Signore [illegible] de
[illegible] di Cividale

[illegible] allora [illegible]
[illegible] il [illegible]
[illegible] di Concordia, in [illegible]
[illegible] di Strasoldo [illegible]
[illegible] Vescovato di Concordia [illegible] da Ponte
[illegible] ne era Vescovo, [illegible] scrivendo,
in

in [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] fari, e nel
raccomandarmi [illegible] [illegible] [illegible]
cedidero [illegible] il Ill.mo e Ill.mo come [illegible]
di chiarano [illegible] [illegible] Luglio 1860 [illegible]
[illegible] del [illegible] [illegible] della [illegible].

1404. 7. ottobre — Bernardo di Borgo-di Ponte al suo Comune Cividale sullo scisma: tentativi del Re di Francia per farlo cessare 202.

(Nobilibus et sapientibus viris Dominis ... Gastaldio-ni — Provisoribus et Consilio Civitatis Austrie. Aqui-legensis Diecesis. Suis majoribus Dominis metuendis Dnus.)

Previa humili recommendatione. Nobiles Domini et Concives mei. Die di-prima mensis presentis vobis super aliquibus occurrentibus scripsi. Sed quia dubito illas litteras non forte tam cito ad vos perveni-re posse. Ideo iterata vice certius scribo. Noscatis igitur jam pluribus elapsis Romam intrasse Ambasciatores antipape et Francorum Regis insistentes fortiter ad unionem Ecclesie san-cte Dei, et depositionem Scismatis. Super quo Sanctissime memo-rie Dominus Papa Romanus satis enorme et displicens dedit res-ponsum Die Lune penultimo Septembris. Die vero prima men-sis presentis octobris idem Dominus Noster Papa hora nona emisit spiritum. Post cujus obitum multa extranea quottidie oriuntur. Nam Castellanus Custos Sancti Angeli interius fortiter se munivit, et captivos detinet Ambasiatores predictos. Sancte tamen Ecclesie in Castro elevat. vexilo. similiter etiam Dominus Senator in Capitolio et tenet ... Maioris Ecclesie. Et Reverendissimi Domini Cardinales ad se voca-runt Capitaneum Mostardam cum magna comitiva armatorum, et ejus tenent ad Ecclesiam Sancti Petri: ubi his in Die

ipsi

ipsi Domini Cardinales conveniunt in Capitulo cupientes tene-
re in Roma statum pristinum sicut Papa. In electione vero
idem D. Cardinales, qui in numero sunt tantum novem, ali-
qualiter ut dicitur sunt discordes. Quia eorum aliqui ad
eligendum novum Papam tendunt: et aliqui ad unionem
Ecclesie, et depositionem scismatis, ad quod specialiter se in-
clinat Reverendissimus Dominus Cardinalis noster Aquile-
gensis. Ideoque lune proxime futuro super diffinitione ho-
rum sunt conclavim intraturi. Et si ad electionem novi
Romani Pontificis procedetur speratur ab omnibus quod elec-
tio cadet in Reverendissimum Dominum Cardinalem Aquile-
gensem predictum tum sanguinis nobilitate, tum scientie
preminentia, que fulgent in eo. Tum etiam quia magis
fervens videtur ad elevandum prelibatum scisma; et quia
Domini Romani instant maxime pro eodem; de quo tota
Terra vestra debet maxime congaudere. Ex adverso Roma-
ni cum tumulto revertire cupientes ad statum pristinum
libertatis. Hinc inde die noctuque armati discurrunt, nunc
ad Capitolium nunc ad Castrum Sancti Angeli sub hac voce,
videlicet proclamantes, quod stipendiarij predicti Romam in-
traverent ut eam ponant ad sacomannum. Et ita Domini
mei usque modo stat statum. Quicquid fiet ulterius

vobis

vobis quam citius potero nunciabo. petens ut michi narrato
mandetis si qua possum pro illa communitate; quia pro
bono statu illius agere in omnibus sum dispositus sicut de-
bet quilibet bonus civis. In tali enim creatione novi Pon-
tificis possent vobis placabilia facilius quam aliis tem-
poribus obtineri. Insuper dolenter de alio quodam scri-
bo quod dolenter jam die octava alterius mensis audivi,
et quod tunc non credidi, quia non putabam Civitaten-
ses ad tantam dementiam devenisse, ut ad destructionem
sue, erre tam animose tenderent: quam eorum emuli cum
guerris et aliis machinationibus nunquam facere potue-
runt ad illud non attendentes quod alias in consilio scripsi:
Regnum in se divisum desolabitur. Venerit jam noviter
Romam quidam Frater minor de Vicesimo asserens quod
de Popularibus Civitatis, aliqui decapitati, aliqui sunt
exules et banniti, aliqui vero pro timore clandestine re-
cesserunt ultra octuaginta in numero, et quod ad Plate-
am illam ita hostilem, foverses satellites sunt vocati. Igi-
tur acrimanter exoro, ut me per vestras litteras de hu-
jus facti processu certificetis et causa. De convicino-
rum etiam novis in aliquo clarificantes. Valete semper.
Scriptum Rome VII octobris

Vcv

Per vestrum concivem humilem
Bernardum de Burgo Portis Civitatis
Iustitie ~~obedire~~ obedire paratum.

Da manoscritti del quondam monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati: Otium Forojuliense Tomo 44 pagina 352 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale.

C. Frangipane

ione pueniy
us quod die
et cum
in missa
a prefatus
ibuit audi
dium super
athe com
e intellecta
um moccimal
os habuit
suadens nobis
em omnem
ue hic
v debitur
amus. Con
civitas
nnij extitit
d dicant
adaones cum
fuit condu
quod omnes
ie in Floren
gratiam

[illegible] Udine … del cadello di Zan 264.

1405. 23. 9bre — Gli ambasciatori di Udine scrivono al loro comune la presa di Padova e la prigionia del Carrara. 263

Nobiles et circumspecti majores et fratres debita recomendatione, premissa. Ad gaudium et consolationem vobis significamus quod die externa hora prima noctis huc sospites duce deo, et cum letitia applicuimus, et quod hodie de mane fuimus in missa cum serenissimo domino duce Venetiarum. ~~Itaque~~ Finitaque missa prefatus dominus dux cum suo secreto consilio nobis benignam exhibuit audientiam, in qua quam melius scivimus letitiam et gaudium super novis de Padua nostre Comunitati perventis juxta vestre commissionis seriem exposuimus, qua audita et prudentissime intellecta prefatus dominus dux cum dicto consilio benignissime et cum maxima consolatione ambaxiatam nostram suscepit, et gratissimos habuit modos per nostram Communitatem tentos in predictis suadens nobis quod quanto longius hic staremus ad videndum consolationem omnem, dominium suum remaneret magis contentum propter que hic deliberavimus permanere usque quo per domino et nobis videbitur ut super predictis pleniorem finem vobis reportare possimus. Conclusio autem circha premissa hec est quod heri de sero civitas Padue cum castro et cittadella in manibus prefati dominij extitit liberaliter consignata, et sine aliqua conditione, quidquid dicant homines, et quod dominus Franciscus de Carraria olim Paduanus cum filio suo domino Francisco tertio hodie in matutinis tertiis fuit conductus ad Monasterium Sancti Georgij cum promissione quod omnes filios suos legitimos, et viginti millia ducatorum, que in Florentia habet, ad manus prelibati dominij conducere debet, gratiam

et misericordiam prefati dominii cum maximo dubio audituros. super quibus omnibus et singulis cum campanis et ignibus hec ciuitas hiis diebus presentis maximam ostendit letitiam, et continue ac de presenti non cessat ostendere. Quid ulterius sequetur, et magis habe uobis in breui putamus exprimere. Estote leti in foro uestro bonam prouisionem habentes

Dat. Venetijs XXIII Nouembris hora XX.

Tristanus de Sauorgnano miles, Andreas de Monticulis et Nicolaus de Soldonerijs conciues uestri.

à tergo. spectabilibus et magnificis uiris Dominis septem deputatis, Consilio, et Communi Utini fratribus et majoribus suis.

Verci - Storia della Marca Trivigiana
Tomo 18. pag. 91. Doc. 2057

Frangipane

1405. 23. 9bre

Michael Steno Dei gratia dux Venetiarum etc. egregiis et nobilibus viris ...
septem Deputatis, consilio et Communi Terre Utini amicis dilectis sa-
lutem, et sincere dilectionis affectum. Dignitatis est honorum largitori
justitiam cultivam prosequere, et nostri cum dominium amplitudini
novit confovere. Hinc est quod sic disponente eodem, qui cuncta re-
git, dominium Civitatis Padue cum omnibus castris et fortilitiis
acquisivimus, et in ea nostros Rectores pro gubernatione, et con-
servatione ipsius jam statuimus, qui in eadem gubernant et re-
gunt ad honorem et statum nostrum. Et quia de incremento
quolibet status nostri semper letitiam haberemus, hec vobis con-
fidentia feliciter deliberavimus participare vobiscum, ut et no-
biscum possitis, ut decet filios cum patribus colletari

Data in nostro Ducali Palatio die XXIII. mensis Novembris indic-
tione XIIII.

a tergo. Egregiis et nobilibus viris ... septem deputatis, Consilio,
et Communi Terre Utini.

Verci - Storia della Marca Trivigiana
Tomo 18. pag. 72. Doc. 2051.

Frangipane

[illegible] Udine [illegible] del castello di Zon [illegible]

ij
a
e
e
e
ii
if
e
zen
bo:
orum
lque
orum
Com-
vche
lutio:
fan:
n
ertat,

~~stage~~
rio
~~rimo~~
um
irie
mino
is viris
~~idam~~
hi an
ij et
imi
cte sedis
ij, data
Pantie:
ſ et me
millme
n Domi:
testibus
int mi
ietatem
et ju:
gare to:
t ipsorum
abſque
~~abſque~~
r ipsorum
i de com:
triarche
institutio:
n obstan:
trum
sse
fuerint,

15. [illegible] Decembre Udine. Il Patr. Antonio approva la compra del Castello di Zop. [illegible]
~~pola fatta da Fr. dalla Casa di Salvagore~~, e Broddlove ~~per taglie contage~~
pola [illegible] Broilone [illegible]
(della colleg. [illegible]). ~~[illegible]~~ M CCCCV, indictio

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem ~~millesimo quadrigentesimo~~
~~[illegible]~~ ne tertia decima, die vero vigesimo quarto mensis decembris, Actum
Utini Aquilegensis diocesis in Castro ~~patriarchali~~ patriarchali et camera cubicularia
infrascripti domini patriarche presentibus Reverendo patre domino
Fratre Thomasio abbate Mosacensis, Egregiis nobilibus et discretis viris
Domino Johanne de Cavalcantibus legum doctore, ser Bartholomeo ~~[illegible]~~
ser Odorici de Maniaco, ser Petro Bono notario et ser Johanne ~~[illegible]~~ Cechi can
cellario ejusdem domini patriarche ambobus de Portugruario testibus et
aliis pluribus vocatis et rogatis. Constituti in presentia Reverendissimi
in Christo patris et domini nostri domini Antonii Dei gratia sancte sedis
Aquilegiensis dignissimi patriarche, nobiles viri domini Nicolaus, Nata-
lis et Franceschinus Pancieva fratres quondam nobilis ser Andree Pancie-
va de Portugruario eidem domino patriarche, coram dictis testibus et me
notario infrascripto per se et ipsorum heredum proposue~~rant~~runt et humillime
~~supplicaverunt~~ supplicarunt ut cum ipsi fratres de voluntate et licentia ejusdem domi-
ni patriarche, ut idem dictus dominus patriarcha coram ipsis testibus
confessus est, ab omnibus Nobilibus seu Consortibus de Valvesono emerint me-
dietatem Castri seu loci Zopole cum medietate Burgi ejusdem loci, medietatem
fornacis, pratorum, cuniculium, molendini, sece, garicti, dominij et ju-
risdictionis castri prefati, quod esse dicitur feudum rectum et legale do-
mini patriarche et Ecclesie sue Aquilegensis, eosdem fratres pro se et ipsorum
~~heredibus ipsis committenti [illegible]~~ ita quod uno vel duobus ex eis ~~decentibus~~ decedentibus seu decedente ~~absque~~ absque
~~heredibus~~ heredibus, heredibus + alius vel alii in dicto succedant feudo, ~~per~~ sine ipsorum
legitimis heredes, aut alterius eorumdem precipue attento, quod ipsum feudum de com-
muni ipsorum fratrum indivisorum ~~peculio~~ peculio, ut ipsi domino patriarche
plene constat, emptum esse legibus tam canonicis quam civilibus, constitutio-
nibus, consuetudinibus, seu statutis in contrarium facientibus non obstan-
tibus quoquomodo si et ~~[illegible]~~ in quantum reperiatur veridice ipsum castrum
+ vel committent [illegible] committentibus felloniam [illegible] esse [illegible],

esse feudum ecclesie memorate et non aliter nec alio modo de dicta medietate castri cum medietate Burgi Fornacis pratorum, donicatium, mollendini, seu garitti dominij et jurisdictionis castri prefati, ac aliis juribus omnibus ad ipsam medietatem quovis modo spectantibus et pertinentibus, dicto jure recti et legalis feudi, seu eo jure quo ipsi nobiles de Valuesono, aut nobilis johannes franciscus condam ser henrici de zopola, et progenitores sui, ab antiquo a predecessoribus ipsius domini pathriarche et sua ecclesia memorata, habuerunt recognoverunt tenuerunt, et posséderunt, investire benignius et gratiosius dignaretur qui quidem Dominus pathriarca sperans et tenens in dubie, quod ipsi fratres sui et successoribus suis et sue aquilegensis ecclesie antedicte, fideles et legales erunt vassalli, attendens etiam et solare considerans, quod ex ipsa emptione gravissima scandala in joultria jam exorta, et que dietim exoriri poterant graviora, tollebantur et totaliter sedabantur, et quod dictum feudum de pecu communi peccuclio ipsorum fratrum indivisorum emptum extitant, ut ipsi domino pathriarce sicuti ibidem expresse confitebantur constabat plenarie ex certisque aliis justis, et rationabilibus causis ad hoc animum suum moventibus ipsorum fratrum supplicationibus tamquam in hac parte justis et rationabilibus inclinatus, eosdem ser nicolaum ser natalem, et ser franciscinum fratres, coram eo flexis genibus existentes et per se ac ipsorum heredibus recipientes, de dicta medietate castri et burgi zopole, medietate fornacis pratorum donicatium molendini, seu garitti, dominij, et jurisdictionis castri prefati, ac juribus omnibus ad ipsas medietates quovis modo spectantibus et pertinentibus, per eos de voluntate et licentia ejusdem Domini pathriarche ut superius dictum est emptis, dicto jure recti et legalis feudi, si et in quantum feudum esse suum et ecclesie sue et non aliter nec alio modo seu eo jure feudi, vel alio quo ipsi nobiles de Valuesono, seu nobilis johannes franciscus de zopola supradictus et progenitores sui ab antiquo illud recognoverunt

habuerunt

habuerunt et possederunt, ita quod uno vel duobus ex ipsis fratribus alterius legitimis heredibus decedente vel decedentibus, alius vel alii in dicto succedant feudo, seu ipsorum heredes, aut alterius eorumdem legibus tam canonicis quam civilibus constitutionibus, consuetudinibus, seu statutis in contrarium facientibus, non obstantibus quoquomodo per eum et successores suos ac vice et nomine sue aquilegensis ecclesie antedicte per fimbriam sue thunice plenarie, atque perpetuo investivit, salvo semper jure suo, sueque aquilegensis ecclesie et alterius cujuscumque Quibus sic peractis ipsi fratres in manibus ejusdem Domini pathriarche fidelitatis debite prestitit juramentum quod fidelis vassallus Domino suo prestare in talibus et similibus consuevit protestantes expresse nichilominus ipsi fratres quod si et in quantum reperiretur dictum castrum Zopole cum burgo cum et aliis ad ipsum spectantibus non esse feudum ejusdem Domini pathriarche et aquilegensis ecclesie antedicte, quod presens investitura et alia omnia in presenti instrumento contenta, non sit eis, seu esse possit in posterum in preiudicium aliquale nec juri ipsorum possit quovis modo in aliquo derogare requirentes me notarium infrascriptum, ut de hiis omnibus eis unum et plura conficere debeam publicum seu publica instrumentum seu instrumenta

Et ego johannes condam ser Odorici de susanno de Utino publicus imperiali auctoritate notarius et dicti Domini pathriarce cancellarius premissis omnibus interfui et rogatus ac de mandato ejusdem Domini pathriarce premissa scripsi et fideliter publicavi meis hic signo et nomine appositis consuetis una cum appensione sigilli ejusdem Domini pathriarce in fide et testimonium omnium premissorum

Da antico Volume coperto di pelle, manoscritto, ed intitolato: In Christi nomine amen. Anno domini 1409. Indictione secunda die secunda septembris infrascripta sunt jura privilegia &c ... pertinentia Rev.mo in Christo P. et D. D. .... de Portugruariis &c .... ac nobilibus viris ..... [illegible]

et Franceschino Canciera eiusdem Domini, patrimonii per omnes et heredibus eorum; pag. fimmiia di numerazione; il qual manoscritto esiste nell'archivio di Merlis del Sig. Conte Giulio Panciera di Zoppola

Cas.° di Porsetto 28. agosto 1816 Frangipane

1400 28 Luglio.
circa

Ex Archivo Civitatis Forojulii.

Il Comune di Udine a Cividale, nella riparazione data alle lagnanze di questo ultimo per danni avuti durante le tregue allora incipienti.

Egregiis ac Nobilibus Viris dominis . . Provisoribus, Consilio, et Communitati Civitatis Austrie.

(foris)

Nobiles et egregii viri. Hodie vestris recepimus litteris in quibus invenimus certa capitula et querella descripta et &c. Atque vobis respondemus, et primo ad primam, quod fuimus cum nobili viro ser Vosmo de Castello, colligato nostro, cui dicto vestro capitulo enarato nobis habuit respondere non esse verum pendentibus suffe:rentiis acceptos esse affictus massariis ser Petri de Zuvmenti:nis quod si ita est ut asseritis esse reperiretur obtulit se paratum illos restitui facere. Super secunda querela. Nobilem virum ser Petrum de Cuchanea etiam colligatum nostrum ca:rissimum fuimus qui nobis pro se consanguineis suis in hac forma respondit, videlicet non esse verum balzos et blada fuisse accepta super clericatum quadruvii dictis pendentis sofferentiis, sed ante sofferentias et &c. Si super hoc haberemus clariorem et magis veridicam informationem clarius vobis respondissemus. Super tertia; Egregium ac strenuum Nobilem virum Dominum Tristanum militem de Savorgnano tangente fuimus, qui nobis con:fitetur se impedivisse in quartesio Palazolii, et hoc de mandato Reverendissimi in Cristo Patris et Domini Domini Antonii de Portugruario Patriarche Aquilegensis, ex eo quia dictum quartegium non spectat, neque pertinet ad ser Nicolaum

de

de Ponte civem vestrum ~~assentum~~ assertum procuratorem ser Jacobi de Fr-
pino cum sit mortuus, jam sunt circha sex menses et ultra et
sic dictum quartegium sit devolutum ad dominum Patriarcham
predictum, seu ejus Curiam Patriarchalem. super quarta
continetur mandatum factum per Nobilem virum ser Fran-
ciscum Germanum dicti domini nostri Patriarche responde-
mus quod cum eodem similiter fuimus et obtulit se paratum
non molestare ac inquietare quomodocumque aliquem de massa-
riis subditis Camere Civitatis Austrie pendentibus dictis sof-
ferentiis, quod si ita per ipsum observabitur prout speramus
non habebitis causam ulterius de eodem querulandi. super
quinta et sexta fuimus cum dicto domino J. qui respon-
dit firmiter quod pendentibus dictis sofferentiis non fecit fie-
ri aliquod mandatum, ut in vestris litteris seu Capitulis con-
tinetur, sed bene guerre existente ulterius obtulit supradictis
sofferentiis non facere de certo aliquam novitatem.
Quod si ita ut scribitis, seu in dictis querelis continetur reper-
tum fuerit, vel reperietur, obtulit ac promisit vobis facere re-
vocare mandatum predictum de quibus in vestris litteris fa-
citis mentionem. Ad ultimam in qua dicitur quod accepta
fuerint quibusdam ducentibus de Civitate Austria ad Gemo-
nam seu alibi certam quantitatem vini in Tricesimo certam
quantitatem pecunie, respondemus vobis quod fuimus cum
prefato

prefato domino Francisco qui nobis respondit, quod hodie scrip-
sit Capitaneo dicti loci, mandando eidem ut omnes pecunias
vigore mutee per eum acceptas restituerent. unde potestis fa-
cere quod petantur, et illico restituentur et in casu quo non
restituentur, promisit ipsas pecunias memoratus ser Francis-
chinus Communitati nostre consignare restituendas illis quibus
de jure debebuntur seu oblate fuerunt. Regratiantes demi-
que Nobilitates vestras de relaxatione massarii Nobilis viri
ser Nicolai de Strasoldo Colligati nostri; offerimus etiam nos
bona fide et effectualiter dictas sofferentias et omnia con
venta inter nos et vos velle totis viribus observare et adim-
plere. Datum Utini die **XXVIII** julij

Andreas de monticulis legis doctor
Aloysius de cignotiis legis doctor
Nicolaus della - - - - -
Machor de - - - - Cives Terre Utini

Da manoscritti del quondam monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati: Otium Forojuliense Tomo 44, pagina 306 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale.

Cas.° di Borgolo 27. maggio 1818 Cfrangipane

1407. 1. settembre. Lettera comendatizia del Doge Steno al Patriarca Antonio per Venceslao di Spilimbergo.

Litere Serenissimi Ducali Domini Venetiarum ad Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Antonium Patriarcham Aquilegiensem.

1407 1° Septembris

Reverendissimo in Christo Patri Domino Antonio Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche dignissimo. Michael Stenno dei gratia dux Venetiarum etc. salutem, et sincere dilectionis affectum. Satis liquere Reverendissime Paternitatis vestre credimus quanta cum sinceritate, quantoque vere caritatis incendio decus libertatem et bonum totius Forojuliensis Patrie fuerimus prosecuti et potissime quanta devotione et sinceritatis affectum ad Reverendissimam Paternitatem vestram affecti fuerimus, et magis efficiamur in dies. Nec mirum ad id enim nos per lecta dilectione insignis alliceat vestra virtus que in vobis tante videtur esse prestantie, ut nequeamus honorem, et conservationem status vestri, ac Patrie prelibate, aut aliter quam nostri proprie celebrare, hinc semper illud

quod si cerneremus quisque resilire, quod statui vestro, ac illius Patrie aliquid obnoxium et infestum videretur afferre non possemus aliter facere quam acerrime condolere. Quod ni? nunquid vere amicitie charitas sicut prosperibus rebus gratulatur, sic tristatur adversis? audita igitur quedam novitas nuperrime resultata inter Reverendissimam Paternitatem vestram, et spectabilem militem Dominum Vincelaum de Spilimbergo honorandum Civem

nost-

nostrum Venetiarum menti nostrę displicentiam attulit et merorem, et quia ipse Dominus Vincesl[aus] tanquam cordialissimus amator nostri Dominij est nobis charissimus, et dilectus. Nam semper ipsum novimus honorem, et status conservationem memoratę Patrię incessanter querere, quietem appetere, et denique velut ejusdem Patrię pugilem, optimumque defensorem ipsius libertatem, et salutem summopere tutari et pro viribus custodire; hinc est quod probata virtus, et inconcussa fides ad bonum Patrię ipsius Domini Vinceslai nos compellere frequentat vestram Paternitatem Reverendissimam deprecari, ut illum in servitutem habeat benevolum, et dilectum. Quapropter Reverendissima Paternitatis vestra ab intimis deprecamur quatenus attenta sinceritate fidei, et optima dispositione, quam predictus Miles prona mentis habet, et habere intendit, ad honorem, et statum Dominationis vestrę ac etiam in nostram complacentiam singularem placeat omnem animi perturbationem si quę insurrexisset contra ipsum Dominum Vinceslaum, et suos vestra benignitate deponere, et nullam sibi inferre, aut inferri facere injuriam offensam, sed potius ipsum, et omnes suos serena mente ad gratiam vestram admittere, et ulnis vestrę clementię solita affectione locare, ut ipse omni abjecta formidine valeat tute sub spe gratię, et favoris vestri vivere sicut quęrit. Quod licet ad quietem, et tranquillitatem cedet, tamen gratissimum Vobis erit, nobisque ascribemus ad complacentiam grandem valde et si quid rubiginis ex alicujus parte animos in aliquod denigrasset per virtutem vestrę sapientię, et obedientiam dicti

cti Domini Vinceslai, et sociorum desinietur, et animi redibunt ad solitam charitatem

Datum in Nostro Ducali Palatio die prima mensis septembris sequentis Indictione decima quinta

Da' Manoscritti del Conte Asquini nel nostro archivio.

Cas.° di Porpetto 20. 7bre 1822 (Il Co. Frangipane)

Questo è il titolo. Lettera di Antonio Patriarca di Aquileia al Doge di Venezia dolendosi che dai Giudici dalla Veneta Curia sia stata fatta una sentenza à petizione di Beatrice da Camino contro i Conti di Porzia come sentenza di foro incompetente, ex Archivio Silvii et Nepotum Comitum de Purliliis.

Inclite et excelse Domine tanquam pater noster carissime. Pro parte nobilium fidelium nostrorum Arthici et Guecilli Comitum de Porciliis nobis gravi est expositum cum querela, qualiter ad instantiam nobilis et honeste Beatricis relicte quond. nobilis Jacobutii Comitis de Porciliis per nobiles judices vestros curie forensium vigore certorum instrumentorum certarum promissionum per ipsam Dominam coram ipsis judicibus productorum contra ipsos tanquam erede dicti quond. Jacobutii certa adiudicatio lata est, videlicet quod ipsa domina pro integra solutione dotium suarum regrecum habere debeat et possit ad bona quond. Jacobutii et nunc ipsorum in Dominio vestro ubilibet sitcata. Et quia hoc juri nostro et consuetudini huius nostre patrie videtur quodammodo derogare tam ratione personarum de foro nostro existentium quam contractus in hac nostra patria et secundum ipsius consuetudinem celebrati et certi reddimur excelentiam vestram jura et consuetudines nostras tanquam proprias velle, protegere excelentiam ipsam affectuose rogamus, quatenus adiudicationem ipsam retrahentes nobis remitti mandetis Dominam antedictam, nam eidem nos offerimus, ut ad nos spectat, plenariam debitam et postulatam justitiam ministrare, Dat. in Castro nostro Utini die januarii.

Antonius Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha. a tergo

Inclito et generoso Domino Domino Michaeli Steno, Dei gratia Duci Venetiarum, et amico tanquam Patri nostro carissimo.

~~Num. MMLXXVII. Anno 1408, 15 Maggio~~

~~Consiglio del Podestà di Trevigi al Governo Veneto di far nel Musestre una Porta simile à quella della Mira per facilitar le condotte della legna. Tratta dal libro delle Lettere della Cancelleria del Comune di Trevigi.~~

Serenissime et excellentissime Princeps et Domine, sicut alias vestri Communis Provisionibus per meas litteras intimavi, ita vestre Serenitati notifico per presentes, quod videns caristiam lignorum in dicta Civitate Venetiarum tanto rigore videbatur mihi, et adhuc quanto plus cogito, mihi videtur quod utile multum esset in flumine Musestre iuxta Castrum facere construi unam

Sorsam, sive Bouam eo modo quo fit ad Miram et alibi in Padovano. Tutis
nam naugia per dictum flumen conduci possent usque ad loca multorum
nemorum, et ibi cum modica expensa onerarentur ligna, et inde descender-
ent. Nunc autem conducere volentes ligna propter naugia in flumine
Musestre dimittere, et cum plaustris facere illa ad naugia conduci cum
magnis sumptibus, et expensis dando pro qualibet passu plaustris pro
conductura soldos 40. vel 60. pro passu, et multi habentes nemora
juxta dictum flumen facere incidi ligna naugiis possentibus cond-
uci ad ripam nemorum qui non volentes cantiatores comode
regere, ligna non audent incidere. Nec est aliqualiter dubitandum,
quod tales porte in aliquo damnificarent molendina de Musestre, quia
de hoc volui veram informazionem habere ab hominibus circumstantibus,
quia dicta Molendina nullum damnum incurrerent; et cuperem liben-
tissime quod vestra Dominatio aliquem bonum Peritum ad locum
illum specialiter destinaret, si Dominatio vestra foret in propositum
informata. et non dubito, quod quilibet modum videns ita penitus
judicaret. expensam autem pro hujusmodi laborerio asserunt esse
posse Ducatorum 70. circa: et quia omnia circa hoc scribi non
possunt, providus vir Brandilisius de Azugnano ad presentiam
vestre Serenitatis accedens ipsam oretenus plenius informabit. et
ne vestra Clementia hesitet in predictis, Domini circumstantium
Possessionum afferunt se dictam expensam per omnia soluturos. Vestre
autem gratie me humiliter recomendo.

De vestre Serenitatis mandato Michael Maripetro Potestas et
Cap. Tarvisii, die XV Maji MCCCCVIII

Num. mmLXXVIII. Anno 1408 30 Maggio

Ricordo del Podestà di selciare le Piazze, e le strade di Trevigi per render
l'aria salubre. Tratto dal Libro delle lettere della Cancelleria del Comune
di Trevigi

Serenissime, et excellentissime Princeps et Domine. Cognoscens clare vivalitate hujus
vestre Civitatis defectu rectarum que sunt extra Muros et tenent aquas

nimium angustis temporibus elevatas, fuerit per alios vestra celsitudini denotatum ipse te
que stratarum quamplurimum concavarum, et iam vestram Civitatem alias insignem
civibus inhabitatam cupiensque tante necessitati, et conservatione fidelium vestrorum
in ea residentium salubre reperire remedium, cum in omnibus partibus Civitatis terra
nani principaliter Stratas in quibus frequenter cives congregantur quocumque
tempore facere saligari non expendendo aliquid de pecunia vestri Communis sed
potius inveniendo aliquem modum satis habilem ad perducendum, quo completo alie
strate magis principales debeant de tempore in tempus similiter saligari cum lapidibus
vivis, sive Sabionis, qui reperiuntur in quantitate opportuna in villa de Fenero nec
debemus. ac etiam terminum ad assignandum seu dandum predictos denarios quia ut scripsimus illi de Avenzano promiserunt mille ducatos domino episcopo. Verum putamus quod consiliarijs etiam aliquid est promissum. et qui plus dabit ut nobis videtur optinebit. et si ultimatim non possemus habere expeditionem que sufficeret nobis quod adhuc nescimus. pro honore et commodo communitatis vestre et nostre videretur nobis quod nos non expectaremus responsionem domini episcopi si vobis videtur. nos non habemus unum soldum plus. unde provideatis sicut placet vobis. Hodie venit dominus Laurentius dictus cluzar qui fuit capellanus domini nostri patriarche johannis pie memorie. vialacum de Roma, qui dixit nobis qualiter Ambaxiatores ducis mediolanensis sunt in Roma. pro impetrando patriarchatum uni de suis. ad postulationem suam. et quod domino pape ista causa proferti sunt centum mille ducati. et ipse capellanus vadit celeriter versus miraviam ad notificandum ista domino marchioni. dixit etiam. quod dominus Theodoricus prepositus carnie subito venire debet foro julium. et johannes de susana domino nostro etiam ista scribit. Datum villaci xxii. mensis julii

Vestri Nicolaus /
et Nicolaus / de Civitate.

Domini carissimi. libenter videmus quod adhuc mitteretis aliquem notabilem de vestris huc quia factum estimare-
tis

tis ponderosum scientes etiam quod multi habent custodiam super vos et multum dubitamus de recessu nostro. Dominus comes est cras recessurus et duxit dominum Episcopum secum in Ortemburch.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati – Otium Forojuliense – Tomo XLIII pagina 432 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Pertis di Cividale del Friuli.

Cast.° di Porpetto 16. 9bre 1817. C. A. Frangipane

30. Luglio Guglielmo di Brata a Cividale sul pagamento delle milizie di Carlo de Bius.

Ex cartacea in Archivio Civitatis Austrie.

Extra — Sapientibus Nobilibusque viris Castaldioni Consilio et Communi Civitatis Austrie amicis suis percarissimi.

intus —

Spectabiles Nobilesque ac prudentes Amici carissimi.

Post cordis salutationem affectuosam. Receptis ultimis litteris vestris cum litteris que Domino Philippo Correrio dirigebantur necnon et copiis duabus. Respondeo quod sicut pridie vobis per Zilium ultimum scripsi, miseram Venetias Capellanum meum una cum Jacobo nuncio illorum de Glemona Venzono et Tulmetio qui pecunias dictarum communitatum portarent. putabam debe- rent ibi in Venetiis pecunias vestras reperire avisarus prius quod Carolus de Bisis conductor et c. erat Padue; misi itaque per meum ydoneum nuncium litteras vestras ---ario Domino Philippo cui nuncio meo scripsi - - -

- - pacere ducatorum VCLX ut scribebat - - - deberet respondere, Prefatus vero Dominus Philippus respondit quod nichil penitus daret nisi - - certa omnia haberet in Venetiis, que a vobis vallet habere et cognoscere et non a Domino Gregorio &c. vel ab ipsius Collectore. Quare velitis ipsos denarios subito Venetias mittere quam tutius mittere potestis

quam

quam huc et si ipsos illuc miseritis ordinetur et mandetur ipsos

dari et designari equeazio compatri meo Domino Leonardo zane vel

Domino zanino ipsius fratri scribentes eisdem ipsos denarios dent

mihi vel illis quibus jussero et non tardetur ne factum dicta

rum Communitatum Glemone, Venzoni et Tulmetii ulterius tar-

detur, licet pecunias suas miserint pro equitis LX. Carulus mul-

tum gravatur, quod sibi non est observatum parte vestra quod

promissum fuit per oratores vestros et me nam eidem promi-

simus quod cum ad VIII. dies haberet denarios et prestantias

pro equis centum quos conducere promisit et XL. et dicit dam-

num reciperet quia sui gravantur stare in suspenso sic sine

stipendio sunt transacti bene XV. dies quod prefati vestri

Oratores hic fuerunt si habuissent pecunias ut fuit promis-

sum, essent nunc in Patria ista quod non modicum faceret

pro factis vestris et nostris, et ideo quod hactenus non fuit

factum fiat. Avisabo Dominum Leonardum et fratrem illius

ut cum pecunias vestras receperint portabuntur Carolo Carn-

lo receptis tamen prius idoneis securitatibus ut convenit. Quid

de partibus superioribus et oratores vestri una cum aliis

egerint cum Oratoribus Domini Comitis rescribatur.

Ibi datum die penultimo mensis Julii

Guielminus Comes de Prata.

insuper

Insuper placeat in Sanctovito Beachino vel aliis taliter ordinare quod illi nostri stipendiarii pedites ex quibus ibi sunt .x. et alii .x. hodie vel cras ibunt, habeant - vestum prestantiarum prout alias scripsi debent habere videlicet marchas triginta denariorum x.

Datum ut supra

Guielminus.

- Da manoscritti di monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati - Otium Forojuliense = Tom XIIII. pagina 164, esistenti presso il Sig. Nobile Sig.re Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Castello di Porpetto 18. 9bre 181.. Frangipane

1407. 13. agosto

Antonio Patriarca in ~~Federico~~ Pantussio di Polcenigo il canonicato di S. Stefano d'Aquileja da cui era decaduto Federico scommunicato

Antonius Dei gratia Venetus Sanctae Sedis Aquilejensis Patriarcha. Dilecto Nobis in Christo Nobili Nicolao nato Nobilis Fidelis Nostri Pantussii comitis de Pulcenico Clerico Concordiensis Diocesis Salutem in Domino. Laudabilia tuae probitatis, et virtutum merita, quibus apud nos fidedigno testimonio commendaris merito, et rationabiliter nos inducunt ut tibi reddamus in exhibitione gratiae liberales; cum itaque ad nostram notitiam veridica relatione pervenerit quod Federicus de Pulcenico praedicti olim Canonicus Sancti Stephani de prope Aquilejam Angelo [illegible] qui nuper Gregorium duodecimum se nominavit, [illegible] etiam post, et contra processus per Reverendissimos, et Reverendum in Christo patres miseratione divina dominos dominum Alexandrinum et [illegible] [illegible] Patriarchas [illegible] [illegible] Judices et executores [illegible] in ipsis processibus auctoritate [illegible] [illegible] in Civitate Pisarum congregatae Synodi deputatos contra dictum Angelum Corrario, et Petrum de Luna qui causa praefata se Benedictum decimum tertium similiter nominare praesumit, et eorum fautores, complices, et adhaerentes ac eis praestantes auxilium consilium, vel favorem publice vel occulte directe

vel

vel indirecte seu prout in ipsis processibus latius con-
tinetur factos et solenniter ac publice publicatos in
locis consuetis et idoneis, sic quod ignorantia publi-
cationis ad ipsum Federicum devenit seu verisimili-
ter debuit et potuit devenire per ipsos ipsum
Angelus Corrario et Petrus de Luna tanquam
notorii heretici, scismatici inveterati scismatis nu-
tritores defensores fautores approbatores et manuten-
tores pertinaces ac a fide devii notorii criminibus
et enormibus periuriis videlicet violationis voti
crebitu Universalem Ecclesiam Dei scandalizantes
insinuantur sententialiter per dictam Sanctam Synodum
privati et condemnati adherere et favere presum-
sit ac adheret manifeste et publice de presenti. Nos
vero attendentes quod propter ipsam adhesionem dictus
Federicus dictis Canonicatu, et prebenda Sancti
Stephani de prope Aquilejam, et aliis suis beneficiis
omnibus vigore dictorum processuum ipso facto privatus
et excommunicationis vinculo innodatus extitit, et exis-
tit volentesque premissorum meritorum tuorum intuitu
tibi gratiam facere specialem dictos Canonicatum
et prebendam Sancti Stephani sic ut premittitur
per privationem et adhesionem ipsius Federici
vel alios quovis modo vacantes tibi harum tenore
cum suis juribus et pertinentiis universis auctoritate
nostra ordinaria et etiam apostolica nobis con-

hac

hac parte commissa omnibus modis jure et forma quibus melius et efficatius possumus conferemus et de illis etiam plenarie providemus. Investientes te coram nobis flexis genibus cautelem per femoriar nostrae lunice plenarie de eisdem, et ut gratia cui sollatio nostra hujusmodi suum debitum sortiatur effectum, Dilecto nobis in Christo filio Nobili Michaeli de Strassoldo Canonico aquilejensi harum tenore committimus et sub excommunicationis poena mandamus quatenus te vel Procuratorem tuum nomine tuo in tenutam et corporalem possessionem vel quasi dictorum Canonicatus, et praebendae iuriumque et pertinentiarum suarum nostra auctoritate, vel alius ponat et inducat et inductum Deffendat tibi vel dicto Procuratori tuo pro te stallum in et locum in Capitulo cum plenitudine iuris canonici assignando, faciatque tibi vel ipsi Procuratori tuo pro te de eorundem Canonicatus et praebendae fructibus redditibus proventibus juribus et obventionibus universis integre responderi Contradictores quoslibet et rebelles eadem auctoritate per censuram Ecclesiae etiam compescendo. Harum sub nostri appensione sigilli testimonio litterarum Datae in Castro nostro Utini die decimo octavo Augusti Anno Domini millesimo quadringentesimo nono, secunda

Indictione.

Indicazione.

La Pergamena che ho tratta la presente esiste appresso il Co. Giorgio Di Polcenigo.

Trascritta da copia fatta per mano del Conte Girolamo Di Polcenigo all'ottoscritta nota per di suo pugno, esistente nell'archivio del di lui fratello Conte Francesco qm. Ottavio Gruppo N.° 83. pag. 9.

Polcenigo 11. Feb.° 1816.

Il Comune di Udine a quello di Cividale sul tentativo fatto da quelli di Soffumbergo, e danni fatti colà al Pat: Antonio malgrado le tregua

Nobiles, et egregii Viri Amici carissimi. Nuper per Reverendissimum in Christo Patrem ac Dominum nostrum Dominum Antonium Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham nobis est deducta notitia de gravoso, inhonesto, inepto, et enormi actu, et damno sibi die trasacta proxima noctis tempore per Vos seu de vestri instantiam commisso, et perpetrato, videlicet ad locum suum Soffumbergi cum magna gentium Armigerarum comitiva currendo animo, et intentione illum intrandi, et possetenus detinendi, et ulterius, quod Deo suffragante non valuerunt illum acquirere quem appetebant; tandem certas villas ibidem circa dictum locum situatas seno planas igni concremandas decreverunt, et sic in complemento cum omnibus in eisdem existentibus concremate extiterunt. Quare de tali actu inhonestissimo, et vituperoso nobis exposito nimium admirari compellimur, cum noscamur inter Vos, et Nos alias treugas initas, et validatas, seu robore firmatas fuisse, quas putabamus fore conservandas, et retinendas usque, id usque ad earum terminum: Et pro tanto per presentes vestris Nobilitatibus hec significare curavimus, dolentes ut plurimum, quod talia per vos fuerint peracta, et commissa, ortantesque easdem, ut placeat, ac velint prefactas treugas inviolabiles observare, ac salvas habere, et tenere, responsumque vestrum in et super predictis appetimus. Datum Utini die xiii. Novembris indictione secunda (MCCCC.VIIII.)

Cap.

Septem Deputati etc. cum salutatione amicabili.

Nobilibus, et Egregiis viris Dominis . . . Provisoribus Consilio, ac Communitati Civitatis Austriae Amicis nostris carissimis

Ex Autographo existente in Archivio Cancellariae Magnificae Civitatis Utini.

Da Manoscritti del Nob. Sig.r Carlo Fabrizio d'Udine intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem Spectantem = Tomo IV. pag. 264. Carolus Fabricius collegit, et descripsit.

Castello di Porpetto 19 Luglio 1820. Gianniane

1410. 30. Gen.ᵒ Alessandro Papa scrive ai dipendenti della Chiesa di Aquileja sulla fedeltà dovuta al Pat.: Antonio usurpata dal ~~un [illegible] in foglio [illegible] di [illegible]~~ Conte d'Ortemborg.
~~Si conserva nell' Archivio vecchio del collegio de' spettabili signori notari.~~

Allexander Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Comunitati Utini Aquilegensis Diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Non sine gravi displicentia nuper accepimus, quod dilectus filius nobilis V. . . Comes de Ortemborg sub colore Vicariatus quem sibi per carissimum in Christo filium nostrum Winceslaum Regem Romanorum et Boemie illustrem in Patriam Fori julij asserit esse concessum cum gentibus armigeris, et extenso Imperij vexillo, patriam ipsam ingressus partim vi partim varijs disseminatis sermonibus comunitates, et Nobiles, ceterosque ejusdem Patrie homines seducere atque concitare, et ab obbedientia venerabilis fratris nostri Antonij Patriarche Aquilegensis, cujus fides integritas et devotio erga nos et Romanam Ecclesiam in hoc sanctissimo unionis negotio plurimum eluxerunt; avertere nititur et conatur. Quam rem utpote injustam et magnarum discordiarum ac perturbationum initia post se manifestissime trahentem noverit Universitas vestra nobis plurimum displicere nobisque et Romane Ecclesie per hujusmodi attemptata fieri injuriam arbitrari. Nam quis ignorat Ecclesiam Aquilegensem cum omnibus juribus et pertinentijs suis tam in temporalibus quam in spiritualibus nobis et Romane Ecclesie immediate subesse? aut quis unquam audivit, et aliud quam Patriarcha per Sedem Apostolicam deputatus deberet dictam Patriam in temporalibus gubernare

ternare? nec certe meretur venerabilis frater noster Antonius Patriarcha prefatus aut ceteri fideles ejusdem Provincie omnes, qui adversus nefarios conatus Angeli Corario cum summis periculis et laboribus se fortiter opposuerunt et laudabiliter restiterunt, ut post hereticorum insultum fidelium persecutionem vexationemque patiantur. Quoniam vero in nostris cedat affectibus Ecclesiam Aquilegensem Patriarcham et Patriam Fori julii prefatos precipuo favorem complecti et omni ratione quantum cum Deo possimus confovere, et de ipsius Patrie quiete, et pace quibus hujusmodi attemptata contraria existunt solicitudinem gerimus Serenitatis ejusdem Regis, ac etiam comiti prefato per nostras litteras scripsimus quantum ad cessationem et remedium hujusmodi scandali visum est nobis materiam flagitare, gerimusque in Domino fiduciam, quod prefatus Rex justis rationibus nostris faciliter aquiescet, nec in messem alienam falcem immittere volet. Universitatem itaque vestram requirimus et hortamur in Domino, eidem nichilominus per apostolica scripta mandantes, quatenus, ut laudabiles et devoti filii rejectis quibuscumque suasionibus in contrarium vobis factis velitis eidem Antonio Patriarche legitimo Pastori, et Domino per sedem Apostolicam vobis tradito tam in temporalibus quam in spiritualibus obedientiam et devotionem debitam exhibere; cum nostre voluntatis, et intentionis existat ut idem Antonius Patriarcha Ecclesiam Aquilegensem prefatam cum omnibus juribus

et

et pertinentijs suis prout ad eum spectat, gubernet et regat, sibique per subditos et vassallos eiusdem Ecclesie omnimode pa: reatur Datum Bononie III Kalendis Februarij Pontificatus nostri Anno Primo

Henricus
ex Autographo

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 291 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Castello di Porpetto 16. agosto 1817 Frangipane

1410 19. febr.° Francesco da Gonzaga prega Cividale a non accettar Michele in Patriarca finchè non venga l'ambasciata regia che promette prossima e soddisfacente.

Egregiis ac honorabilibus Viris Dominis
Regiminibus Civitatis Austrie
Amicis carissimis

(intus)

Egregii et honorabiles Amici Karissimi. Quia fideles sumus sacri Imperii et dediti ad obedientiam mandatorum, propterea rogatu et exhortatione procerum Oratorum ejus hic Mantue existentium vos hortamur quantum digne nos movere noscamus, ut non pedem supraseder in quempiam ad Patriarchatus regimen acceptando, quousque informationem aliam clariorem habueritis quam sperant gratam vos habituros in brevi per solemnem Regiam Ambaxiariam, quam subito idem Dominus Rex missurus est ad has partes occasione premissa.

Datum Mantue XVIIII februarii Indictione III.

Franciscus de Gonzaga Mantue et c.
Imperialis Vicarius generalis

Da manoscritti del quondam Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati: Otium Forojuliense Tomo 44 pagina 209 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale.

[illegible]

Tempo, in cui era stato deposto da Gregorio 12. il Patriarca Antonio Panciera e l'elez.e del conte Michele della Torre

i.ino
simas
i Sano
[illegible]
[illegible]
i nes/te
di: uu na
li. a [illegible]
ati [illegible]
Vano
ii ep do
1 und
iato
el mann
sam ubb
ibev s (ome
li ido q
imus. tuo
uf ubi
m na
ef uno
stis ini
n [illegible]
u tuan
que. ubi
am [illegible]
[illegible] hau
[illegible]

ua

ra cordi

quali

collegati

num

rbus

neve et

ipsam

qlimber

displi

averimus

erimus

sorum

nos et

his testis

non

seu

cumque

insquam

dasten

1410. 7 agosto — Il Comune da Udine si lagna con Cividale di danni fatti dagli di Spilimbergo, attesta brama di conservar la tregua nea dichiara rasi potendo a difesa. 237

(Egregii) Nobilibus ac prudentibus viris Dominis
Provisoribus Consilio et communitati Civitatis Austrie
Amicis nostris carissimis

(Intus)

(Egregii) Nobiles ac prudentes Viri Amici carissimi. Cum maxima cordium nostrorum amaritudine vestris caris amicis intimamus qualiter heri summo mane Nobiles Domini de Spenimbergo Colligati vestri, ut fertur et precipue Dominus Thomas filium suum Henricum cum multitudine magna virorum armatorum ---- intrare fecit villam Cau---- Sancti Odorici, qui totis viribus Cortinam ipsius ville ad nos spectantem conatus fuit accipere et intrare, et non valens eam accipere cum prefatis gentibus ipsam villam enormiter spoliavit ipsa spolia ad terram Speglimbergi reducendo. que vestris Nobilitatibus debuit plurimum displicere cum vobiscum et eis ac aliis Colligatis vestris reputaverimus habere bonam pacem, nullamque contra vos vel ipsos fecerimus novitatem, credebamus quidem attentis litteris vestris et ipsorum Nobilium nobis transmissis esse securi, et nullam contra nos et nostros debere fieri novitatem, sed fallimur, Deus sit nobis testis quod per nos promissa attendimus videlicet guerram non incipere, non incepimus, sed nobis per vestros colligatos seu adherentes fuit inchoata. Licita est diffensio cuicumque. Hec enim vestris prudentiis significare voluimus priusquam

defen-

deffensionem nostram dictam inchoare, ut super his taliter providere ac procurare possitis quod damna nobis illata sic tur=piter et indebite nulla diffidatione precedente nobis et no=stris reficiantur et quod non habeamus materiam ad deffen=sionem nostram licite operari, vobis insuper instantes quod ablata per stipendiarios vestros Leonardo vicino nostro la=tori presentium restitui facere velitis et placeat ne mate=riam habeamus indempnitati sue et aliorum nostrorum spoliatorum aliter providendi cum hec nobis sint inimportabilia damna. Nobis per latorem presentis de intentio=ne vestra respondentes valete. Datum Utini die VII men=sis Augusti indictione 3ª.

sic

Septem Deputati Consilium et
Commune Terre Utini cum fraterna salutatione.

Da manoscritti del quondam Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati: Otium Forojuliense Tomo 44 pagina 254 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale.

Chiarugisane

La rescritta lettera sta in un sacheto del Archivio
de Signori Notari della città di Cividal

Egregii Nobiles et prudentes viri amici carissimi

Cum maxima cordium nostrorum amaritudine vestris caris amicitiis inti-
mamus qualiter heri summo mane Nobiles domini de Spenigberg
colligatti vestri ut fertur; et precipue dominus Thomas filium
suum Henricum cum multitudine magna virorum armatorum
——— intrare fecit villa Co——————ensis Sancti
Lodovici qui totis viribus cortinam ipsius villae ad nos spectantem
conatus fuit accipere et intrare, et non valens eam accipere cum
prefatis gentibus ipsam villam enormiter spoliavit ipsa spolia
ad terram Spegliberg reducendo. que vestris Nobilitatibus
debuit plurimum displicere · cum vobiscum et eis et aliis colliga-
tis vestris reputaverimus habere bonam pacem, nullamque contra
vos vel ipsos fecerimus novitatem; credebamus quidem attentis
litteris vestris et vestrorum nobilium nobis transmissis esse
et nullam contra nos et nostros debere fieri novitatem, sed falli-
mur. Deus sit nobis testis quod per nos promissa attendimus
videlicet guerram non incipere, non incepimus sed nobis per ve-
stros colligatos seu adherentes fuit inchoata · Licita est defen-
sio cujuscumque · Hec enim vestris prudentiis significare vo-
luimus priusquam defensionem nostram licitam inchoare, ut
super his taliter providere ac procurare possitis quod dam-
na nobis illata sic turpiter et indebite nulla diffidatione pre-
cedente

cedente, nobis et nostris reficiantur, et quod non habeamus materiam ad defensionem nostram licite operati vobis, insuper instantes quod ablata per stipendiarios vestros Leonardo vicino nostro latori presenti restitui facere velitis et placeat ne materiam habeamus indempnitati sue et aliorum nostrorum spoliatorum aliter providendi, cum hec nobis sint incomportabilia damna, nobis per latorem presentem de intentione vestra respondentes. Datum Utini die VII. mensis Augusti, indictione 3.

Septem Deputati Consilium et Commune
Terre Utini cum fraterna salutatione.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXIX. pagina 10, esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas. di Corpetto 13: febb. 1818

Frangipane

1410. 28 7bre

georgio Hausperger a Cividale, i scusa di non poter colà recarsi per sospetti di trama nella terra contro il suo Signore.

Egregiis et prudentibus viris Dominis
Rigolino vicegastaldioni .. Provisoribus
Consilio et Communi Civitatis Austrie
Amicis carissimis.

(intus)

Spectabiles et Egregii Amici carissimi. Noveritis quod hodie recepi litteras vestras quas optime michi lectas et vulgarizatas intellexi. Quod per presentes vobis respondeo, quod quia hic in Montefalcono reperio aliquos terriene captivati volentes ut dicitur tractare, et tractatum fecissent citra honorem et statum Magnifici et excelsi Domini nostri Domini Federici Comitis in Ortimburg et Sterumberch sacri Romani imperii dignissimi vicarii Generalis in Patria Forijulii, ac contra honorem statum Communitatis et Civium Terre Montisfalconis. Quod si sic est ut dicitur pro vero maximum detrimentum et verecundiam prefati Domini nostri et omnium servitorum suorum esset. Et etiam quia de die et de nocte prestolatur dubium predictum. Insuper quia heri inimicis prefati Domini nostri et vestrorum ac aliorum servitorum dicti Domini nostri discurrerunt in contratam Montefalconis fortes equestres, et pedestres et depredaverunt. His causis ita subito ad vos illuc accedere non possum scientes pro vero quod hic in Montefalcone non invenio ab

aliquo

aliquo civile nec forense secrete vel publice, quod in dicto tractatu numquam fuissent nominati veneti nec aliquis venetus. Alichilominus noveritis quod illuc ad vos in brevi ero et eo dante et omnia vobis narrabo que hic in Montefalcone reperivi et felici= ter vos conservet Altissimus. Datum Montefalcone die XXVIII.° septembris. Indictione III.°

Georius Hausperger Capitaneus Generalis
Magnifici et excelsi domini nostri domini Federici
comitis in Ortinburg et Stattumberch
Sacri Romani Imperii vicarius dignissi=
mus Generalis in hac Patria Forijulij

cum amicabili salutatione

Da manoscritti del quondam Monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati =
Otium Forojuliense Tomo 44 pagina 177 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale.

1410 11. 8bre Cristoforo Horimpech Re: gen: di Ortimburg; e deputati di Cividale fan passaporto al Sig.r di S. Daniele per Udine e Friuli con dieci cavalli. 289

1420 Noverint universi et singuli presentes litteras inspecturi. Quod Nos Christoforus Horimpech Magnifici et Potentis Domini Domini Federici Comitis in Ortimburgo etc. in patria Fori Julij Imperialis Vicarij generalis per ipsum Dominum Comitem, eiusque fideles, obbedientes, Capitaneos, Officiales, Stipendiarios, familiares et subditos quoscumque, ac Guido Comes de Porciliis pro omnibus Nobilibus de ultra Tulmentum, eidem Domino Comiti obbedientes, Nicolaus de Portis de Civitatis Austrie, Benevenutus ... Utini de Glemona, et Petrus Lotti de Venzono pro omnibus Comunitatibus eidem Domino Comiti obbedientibus deputati per Nos et Colligatos sequaces, adherentes et fideles ac obbedientes eidem Domino Comiti, earumque gentes Armigeras, stipendiarios, ipsarumque Cives, et habitatores, familiares, et subditos quoscumque partis nostre Tenore presentium unum vel duos ex Nobilibus de Sancto Daniele, quem vel quos ipsi inter se duxerint eligendum, vel eligendos ad Terram Utini transmittendum, vel transmittendos, vel alio per Patriam quo voluerit, seu voluerint cum equis decem et personis totidem in bonis, rebusque eorum omnibus atque personis affidamus, et assicuramus eisdem per presentes liberum facimus salvum conductum ita, et taliter, quod ad dictam Terram Utini et alias quascumque Terras et loca quelibet Patrie Fori julij tam de die quam de nocte tute libere, et secure ire, stare, et reddire possint atque valeant sine impedimento, aut contradictione ipsius Do:

mini

miri Comitis fideliumque suorum, ac obbedientium, suarumque gentium, et totius partis nostre presentibus per dies quindecim post datas presentes tantummodo valituris. In quorum omnium testimonium presentes litteras scribi jussimus, et sigillorum nostrorum impressione muniri. Datum Glemone die sabbati XI. octobris. indictione tertia. Millesimo IIIc decimo

Locus quatuor sigillorum

Ex Autographo in Tabulario Civitatis Utini.

Da Manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati ~~Oti~~ Otium Forojuliense — Tomo XXVIII pagina 422 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Tortis di Cividale del Friuli.

Cas.o di Porpetto 17 agosto 1817. Frangipane

... 8 obre 1311. Comune di Muglia notifica Cividale le sorpresa macchinate ... contro Montefalcone, e le turbolenze suscitate in Muglia

In Archivio Civitatis Austrie
ex Cartolario Epistolarum

Foris

Nobilibus et sapientibus viris Dominis ... Honorandis Gastaldioni Provisoribus, consilio, et comuni Civitatis Austrie. Amicis et Fratribus carissimi

Intus vero

Egregii et sapientes viri, et fratres carissimi salutem et prosperos ad vota successus. Juvat vobiscum nostra miscere lamenta nostrosque recensere labores cum adversitatum et prosperitatum nostrarum censeamus vos fore participes. Scimus et non ambigimus modum tractatus per Testem de Mugla et suos complices excogitamus vos non ignorare tamque talis tractatus primo vobis revelatus extitit. Pro tanto fratres carissimi per eundem Testa et complices perpetrata tam in Montefalcone quam in Mugla seriose reserare decrevimus. Ipse enim Testa tanquam vir nequam et pessimus cupiens ob aliena ditari facinora excogitavit subvertere pacificum et quietum statum Montisfalconi. Unde tractavit aliquos mittere ad dictum locum qui simularent ad stipendium ire et stipendum ac mercedem a domino Marescalco assumere ut ipse confidens de his tanquam de suis stipendiariis per hunc modum facilius falleretur. Qui quidem stipendiarii in die dato ascendere debebant portem Montisfalconi et dato sonitu cornu detinere sic violen per

ter Pontem predictum si contradictores existerent donec Xpoforus de Cucharea et Jesta predictus et alia comitiva multa stantes in arquaito in fabrica burgi et aliis locis ad hoc deputatis eis auxilium preberent et sic facto ingressu violento terram predictam ad sacum dare, et derobare, et cives dicti loci perimere proposuerant, et capto Marescallo predicto eundem deducere debebant sub arce, et ibidem elevatis furchis eidem timorem inferre ipsum suspendendo, si castrum in ipsius manibus non consignaret perpetrando hec omnia per se et ad instantiam Christophori de Cucharea predicti ut manifeste ~~te~~ comprehenditur tum per relationem quorundam qui ab eodem Jesta fuerant concitati quique hunc tractatum detegerunt et revelarunt nobis tum etiam per confessionem septem nostrorum civium qui circumvicti verbis mellifluis illuc accesserunt acceptum stipendium per modum suprascriptum, qui detecto tractatu ibidem per gulam suspensi sunt. Preterea videns dictus Jesta rem sibi non cedere ad propositum ~~et~~ male avisse, et maxime qui excesserat formam nostrorum statutorum maximamque incurrisse penam, cum in casu simili trasgressores furcarum penam incurreret et suorum bonorum omnium amissionem. Statuta venerabilis Communis nostri in casu simili nobis ordines statuentia abolevit abrasit et laniavit ita quod nullatenus legi possunt, pu-

tans

taris hoc committendo evitasse penam non advertens non multo minorem primam penam incidisse et hec omnia velare niteris, sua quoque nephanda detersit, et unde sibi populum quesivit habere propitium illum sibi penitus fecit exosum. venit ipse Iesta cum aliquibus sibi complicibus et precipue in Bernardo Bagtia in die Beate Ursule proxime preterito super Plateam communis: et Dominicum Restoresque Terre magte aggrediens altissimis vocibus vociferando clamabant. Vos vultis Terram hanc diruare: tractastis assumere in Terram Dominum mareschalcum Domini Comitis de Urtemburg et gentem suam et me avunculumque meum et meos pro frustra incidere: hec omnia dicens ut sibi populum redderet favorabilem et quod in Montefalcone executioni mandare non voluit, hic mandaret. Sed eum fefellit intentio prava divino mediante suffragio. Quibus peractis videns contra se procedi fugam arripuit hospite insalutato. Nos vero advertentes in principio talem tractatum si juxta vota complesset redundare in exterminium et jacturam Montisfalconi et Civium dicti loci neccessario in versationem et turbationem status magnifici et potentis domini Domini Comitis prefati vestrique Communis et vestrorum omnium nec non colligatorum ejusdem Domini Comitis obviabamus et

sbitta

abstabamus eidem teste quotidie honeste volendo ipsum diri
gere venetias pro nonnullis agendis nostre rei publice et mul:
tis honestis modis, ut valeremus eum a tali nephando propo
sito removere quem nunquam potuimus trahere non tamen
propalando palam negotium quod jam sciebamus. Videntes
ergo ipsum mala malis iniungere et ab inceptis non de
sistere, decrevimus domino Mareschalco et Communi Monti
falconi tractatum manifestare prout fecimus et ut puta:
mus vos bene scivisse modum per nos adhibitum in his
propter que in maximam incurrimus dedignationem aliorum
colligatorum et presertim Christophori de Cuchanea cujus
res agebatur et domini Tristani de Savorgnano nec non
communitatis Utini quorum litteris et Ambasiatis vexamur
et insultamur quotidie ut ipsum ad gratiam vocare debe:
amus et contra ipsum nullo modo procedere asserentibus
quod quicquid egit totum … et agebat ad honorem et
conservationem status Aquilegensis ecclesie ut Montefalconem
quem dominus Comes ad sinum prefate Aqui:
legensis Ecclesie reducere possent. Sed nos cupientes hu:
jusmodi nepharios homines a nobis repellere juxta posse
ut in posterum alii cives nostri sibi precaveant talia
perpetrare, et ne de ipsius male gestis valeat gloriari ror:

pro

tra eundem et ipsius complices procedemus secundum formam
juris et statuta Mugle, ita quod ipsorum pene ceteris tradite-
ant in exemplum, et Dominus Comes vosque et amici cuncti
merito contentabitis. Quapropter fraternas amicitias ve-
stras omni qua valemus affectionem precamur, ut si qua
incomoda contra vos et Commune vestrum Domini Comitis,
et vestri emulos molientur inferre nos placeat habere
recommissos, nobisque succurrere consiliis auxiliis et
favoribus nec non apud Dominum Comitem vestris literis
intercedentes pro nobis commune nostrum et nos eidem
recomittere prout de vobis spem gerimus singularem. Cete-
rum rogamus amicicias vestras instanter quatenus nos infor-
mare placeat de modo Vrenge et de aliis novis, si que
habetis. Super quibus omnibus vestrum expectamus respon-
sum.

Nicolaus de Vorzellinis de Padua juris Doctor
Vicarius et Locumtenens — sic — judices consili-
um et Commune terre Mugle.

Ubi Datum Novembris XVIII. III. Indictione.

Da Manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale
intitolati = Otium Forojuliense — Tomo XLIII. pagina
475., esistenti presso il Nobile Sig.re Nostro de Portis
di Cividale del Friuli.

Cas.o di Porpetto 16. 9bre 1817

F. Frangipane

Ex Cartolario Epistolarum

In Archivio Civitatis Austrie.

Foris. Responsio magnifici Domini Comitis de Ortemburg et Sterembe[r]g et xc.

Intus.

Responsio magnifici domini Comitis facta Corado nuncio nostro super Capitulum treugarum.

Primo. Quod idem magnificus Dominus Comes non intendit nec despicitur - - - dictas treugas firmare nec - - - ejus litteras dirigere suo sigillo roboratas super dictarum treugarum confirmatione ratio quia dicte treuge non sunt corroborate secundum formam et modum quo nos sibi intimatum fuerit per Dominos Gerardum Cuaggat et   ejus Cancellarium.

Secundum super facto mudarum Tricesimi et yarmi videtur eidem Domino Comiti, et dicit quod magnum sit rem que primo vindicte et inde exigebantur et exacta fuerunt violenter modo exigantur per pacta et promissionem, que omnia redundant in dedecus eidem Domino Comiti et ejus omnibus sequacibus et sibi coadherentibus.

Tertio quod gentes alique non debeant suscipi seu acceptari in Patria nociture Domino nostro Pape nec Serenissimo Dominio Venetiarum sine aliqua exceptione confirmastis modo per Coradum nuncium parte omnium partis nostre michi intimatum fuit oretenus quod dicere deberem Rege majestatis. Quod

si

si Dominus Imperator seu ejus Vicarius vel ipsius gentes in Ita
liam venirent eisdem dareftis passus et victualia toto posse vestro ma
xima quidem admiratione motus idem Dominus Comes nullam posse
exceptionem asseruit aliquid de predictis Rege majestati non velle
facere parte vestrorum quia Ambaxiator et nuncius vester esse
non vult sed dicet quod Coradus dixit ei talia verba et quod jam Do
mini vobis intimaverant .... quod ad Regiam majesta
tem vestros Ambaxiatores dirigere debebatis que omnia facere
non curaverunt. Cui Domino Comiti Coradus nuncius presto
respondidit quod ausi non fuerunt propter personarum pericula
qui Dominus Comes eidem Corado - - - habuit quod omnes
bene assecurassent, et personaliter cum eis ivisset ad presentiam
Domini Comitis. Qui Coradus iterato magnifico Domino Comiti
respondidit quod si sibi placeret quod adhuc mitterentur Amba
xiatores ad prefatam Regiam majestatem. Idem respondit quod ir
tardius erat.

Quarto. Responsio Domini Comitis super facto Ambaxiatorum ad Dominum Apostolicum dicit quod benefacitis et debitum honoris vestri, sicut deliberatum est. Ipse Dominus Comes non dispositus est aliquem pro sua parte mittere. Dicit quod credit quod solempnis Ambassaria erit in brevi spatio temporis in itinere ad partes ventura pro parte Rege majestatis et quod aliquantulum differetis quod si prefata veniret Ambaxiaria quam presto cum eadem ire debeatis, et si non veniret quod ante Nativitatem proximam ad minus ante duos

dies

dies esse ad Dominum Apostolicum placeat et debeatur. Et etiam Dominus Comes asserit quod nullus Patriarcha acceptari debeat nisi prima electus fuerit per Dominum Imperatorem et Sanctitatem suam Pontificis, deinde supplicari debeatur etiam ut nobis idem Patriarcha electus ut supra per Summum Pontificem confirmetur. Et hoc continetur in primis Capitulis et pactis

Da Manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati: Oggetti Forogiuliesi – Tomo XLIII, pagina 470. esistenti presso il Nob. Sig. Agostino de Portis di Cividale

Cas.° di Porpetto 16. 9bre 1817. Frangipane

1410 al 1418 circa

Jovan e Stefan ad Adamo e Pietro Formentini Ciav= avisano dei movimenti del Conte di Gorizia e suoi aderenti Zucco e Savorgnano. 201

Nobilibus viris ser Adam et ser Petro de Formentinis.

Intus.

Salutatione premissa. Sappia che noi mandassimo Janes Quavin in Canal a sentir della volontade de messer lo conte de Gorizia, onde ello ne dise che lo abbia inteso da un so degan come messer lo conte haverà alla Bianina IIII^c fanti, e che lo intende de vegnir in la Contrada de Tolmin, e dise che lo non vol damizar la contrada ma solamente ello vol vegnir a tor la corte de Tolmin. Ancora disse che ser Zanon del Zucho de vegnir in so ajutorio cum parecchi fanti per Berzona zuso. E che meser Tristan li de vegnir ancora cum una brigada per Strecana appreso sant Zuan de Tolmin. Ancora dise che lo ha fatto andar tutti li soii degani del Canal a Gorizia domenica dì, e là sa fatto dir quanti compagni ciaschedun de loro potesse aver in la so degania, e da li fatto fermar tutti e che ogni fiada che lo li viquirerà che li sian parechiadi e ——————— noi questo noy avemo mandado a guardar tutti li passi ed avemo provedudo de bona guardia alla Corte. Avisamo de ve de questo fatto. Dio sia sempre con Voij

Jovan e Stefan

Cao

Tra manoscritti del quondam Monsignor Guerra Cano-
nico di Cividale intitolati : Otium Forojuliense Tomo
44 pagina 363 esistenti presso il Nobile Signore
Agostino de Portis di Cividale

Franzissane

'uno
'id. sú Maij
si Sano
ì e'
ra: nav'the
'en 'uado Ma:
o, 'a s'gn
. : Huta
que : Vamo
mid ep. do
qua
ro hato
em ; mano
'ri nhob
'suq; s Como
'do q
em tuero
troi . ubi
: ra
r cuo
'nsu, mi h
q e a
e Kaeri
zum obi
tamo a . in
am a ti
ra hant
tudo

Ex Archivo Civitatis Forijulii

Francesco di Santamaria, sull'incendio di Sottoselva, fatto da Pinzano da Strasoldo e sulla sua cura di conservare la pace

(Intus)

Magnifici et carissimi Domini. Displicentissime intellexi litteras vestras per quas scribitis de incendio in villa vestra de Sottselva per Pinzanum de Strasoldo cum certis armigeris hesterna die comisso, inter quos fuisse dicitur Nicolaus de Istria quibus respondeo quod cordialissimam displicentiam habui et habeo de novitate predicta de qua etiam in receptione litterarum vestrarum aliquid senserim feci gravem querelam isti Communitati que pro certo etiam graviter dolet, cum talis novitas preter suam consientiam sit comissa. Nam ille Pinzanus hinc discessit dicens velle ire Strasoldum, ubi sicut audio recipi noluit, nec tamen de suo discessu aliquam notitiam fecit isti Communitati, et ad ipsum actum processit. Certissime quidem teneatis, quod ille Nicolaus de Istria secum non fuit, nec heri terram istam exivit, de quo ego verum testimonium exhibere possum, quod ipsum heri pluries et diversis horis usque sero vidi, et certe reperietis quod de consensu aut scitu Regentium hujus Terre hoc factum non est. Sed ille Pinzanus suo ca-- et in modum vindicte id temere fecit. Et si huc redibit vel veniet videbitis vel audietis quod contra eum taliter procedetur, quod de sua inobedientia, et ausu temerario penam dabit ---- causatione hujus facti sed ut vobis etiam

omnia

omnia pateant, dico quod illi de Valvasono, et Sanctovito heri et hodie cucurrerunt et commiserunt aliquas predas in villis istius communitatis et contra quamplures massarios civium huius Terre et heri circa bis sibi scripsi ut se abstineant, et ablata restituant. Laboro quantum possum ut omnia quiete transeant. Et propter hoc si aliter fit debetis existimare quod usque ad intima mihi displicet. Datum Utini die XIII maii 1412 [sic]

Tester Franciscus de Sancta Maria
cum recommendatione

Da manoscritti del quondam monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati . otium Forojuliense Tomo 44 pagina 298 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale.

Frangipane

Accordo

Surretto

Giovanni Papa assolve dalla scomunica come aderenti a Gregorio l'Ab: di Sumaga, e que' di Gorzia, Prata, Polcenigo etc. 292.

Joannes Episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam, ad nostram filiam predilectam Patriarchalem Ecclesiam Aquilejensem nobis et Romane Ecclesie immediate subjectam, et ad eius provinciam Civitates, Terras, atque Dieceses, ac dilectos filios universitatem et singulares personas habitatores, et incolas eorum tam Clericos, quam Laicos utriusque sexus, et specialiter infrascriptos ut in pacis pulcritudine sedeant. Gerentes paterne dilectionis affectum, et cupientes eorum tranquillitati animarumque saluti quantum cum Deo possumus salubriter providere, ea libenter concedimus, que eorum profectibus cognoscimus opportuna, nuper siquidem dilecti filii Jacobus Abbas Monasterii Sumaquensis, Federicus Artici de Purciliis, Paulus de Portugruario, Mattheus della Meduna, Dominicus de Valle Clerici Concordiensis Diecesis, ac Pantaleon de Bredis, et Jacobi Nicolai de Utino Clerici Aquilejensis Diecesis nec non Nobiles Viri de Prata, de Purciliis, de Sulcimico Comites, ac de Spilimbergo, de Valvasono, et Federicus a Turre, Bartholomeus de Azano, atque Comunitatis Castri S.ti Viti dicte Concordiensis Diecesis, et Guido Nicolai de Concordia per eorum nuncios ad nostram presentiam destinatos nobis exponere curaverunt, quod licet dudum in Generali Concilio tunc in Civitate Pisana solemniter cellebrato Angelus Corrario Gregorius XII.us et Petrus de Rima Benedictus XIII.us in suis obedientiis olim nuncupatis tunc de Papatu contendentes omni Papatus dignitate, ac honore privati fuissent, et per ipsum Concilium tanquam pertinaces scismatici, et heretici condemnati, et deinde Felicis

recor.

recordationis Alexandri Papę V. immediatus Predecessor Noster ad apicem suum Apostolicus assumptus extitisset, quia tamen Abbati clerici, et Nob. Laici ac Comunitates prędicte Nuncii supradicti ex certis causis Nobis notis prędicto concilio non interfuerunt de veritate, ac justitia gestorum in eodem Concilio tardius informati in obedientia supradicti Angeli cui usque tunc obedirent, et obediebant, ac Venerabili Fratri Nostri Antonio Patriarcha Aquilejensis Rebelles fuerant, non tamen animo favendi scisma, seu alias contra justitiam prefato Angelo pertinaciter adherendi, sed potius gestorum hujusmodi veritatem, ac justitiam sagaciter inquirendi aliquamdiu permanserat, et deinde veritate, ac justitia hujusmodi per nos plene intellectis, et opportunitate capta Nobis qui dicto Predecessore sicut Altiss.^mo placuit sublato de medio summa Divina favente Clementia ad apicem dicti Apostolatus assumpti per Nuncios antedictos suis et suorum subditorum nominibus obedientiam, et Reverentiam debitas, et devotas humiliter ~~exhi~~ exiberunt unum cum eidem subditi ex tunc in antea in Nostra et successorum Nostrorum Romanorum Pontificum Canonica intrantium obbedientia, et devotione hujusmodi firmiter permansuri nobisque per eosdem Nuncios humiliter supplicarunt ut ~~superior~~ ipsorum ac etiam subditorum prędictorum statui in premissis providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur puritatem obbedientiam, et devotionem ipsorum in Domino plurimum commendantes cupientesque eorum, et subditorum ipsorum saluti, et statui paterna diligentia salubriter providere

hujusmodi

hujusmodi supplicationibus inclinati Abbatem, Nobiles, Comites, clericos, Laicos, Seculares, et Regulares ordinum quorumcumque cujuscumque status, gradus, vel conditionis fuerint, ac ipsorum quemlibet ab omnibus, et singulis excomunicationis, suspensionis, et interdicti ceterisque sententiis, ac penis, et Censuris spiritualibus et corporalibus in eos conjunctim, et divisim Apostolici Sti Pisani Concilii Patriarchali ordinaria, vel alia quavis auctoritate forsam premissorum occasione promulgatis, aut aliis in genere, vel in specie a jure, vel ab homine inflictis auctoritate Apostolica, ex certa scientia tenore presentium ad cautelam absolvimus, et totaliter liberamus, ac interdictum hujusmodi penitus tollimus, et relaxamus, nec non Processus, Bonna, sententias, condemnationes a jure, vel ab homine contra predictos, et quemlibet ipsorum factas latas, promulgatas et inflictas ubicumque, et per dictum Concilium prefatum predecessorum, ac nos et Patriarcham predictum, aut alios Concilii Apostolica Patriarchali, vel alia auctoritate quacumque ac etiam mulctas, ac penas, et infamie maculas, sive notas premissorum occasione contractas, et effectus exinde secutos, et qui modo aliquo sequi possent quocumque jure, causa, seu forma quomodocumque et qualitercumque etiam pretextu obedientie dicto Angelo Corario Heretico, atque Scismatico prestite et concilio Predecessori nostro, ac nobis non exibito nec non observantiam, obedientiam, et fidelitatem, tam debitas, quam devotas prefato Antonio Patriarche Aquilejensis cui subesse de jure noscuntur non exhibitas, et impensas, quam alio quocumque

modo

modo quomodolibet hactenus inciderint aut incidere communiter, vel divisim usque in presentem diem potuerunt, protinus tollimus, cassamus, irritamus, annullamus, et harum serie juribus evacuamus, et perinde haberi decernimus, ac si crimina, excessus, adherentie, fautorie, rebelliones, seu delicta hujusmodi comissa non fuissent, processusque, bona, condemnationes, et sententie non emanassent illosque, et illas cassari, tolli, aboliri de libris, et registris in quibus illi, ille vel illa quomodlibet apparerent per illos qui codices, seu registra tenent ad cujuscumque petentis instantiam precipimus, et mandamus, et volentes statui, et quieti predictorum per amplius providere quam in Beneficiis Ecclesiasticis officiis Dignitatibus etiam Abbacialibus quibuscumque et ubicumque existentibus, que quomodlibet obtinebant, et ad illa intitulati fuerant antequam nonnulli ex venerabilibus Fratribus Nostris prefate Ecclesie Cardinalibus de quorum numero tunc eramus de Civitate Lucana a predicto Angelo Carrario discesserant, dummodo talia non existat que idem Angelus tunc in ejus obbedientia Gregorius ut premittitur nuncupate contulisset tanquam vacantia propter obbedientiam consilio Predecessorique prefatis, et nobis factam conservantur, et conservari debeant plenarie, Pacifice, et quiete tam ad titulum, quam ad possessionem et jura quecumque decernimus. Illosque ad ea reintegramus illis vero qui beneficia hujusmodi a prefato Angelo post recessum dictorum Cardinalium quomodlibet impetrassent, seu obtinuissent provideatur de novo, et Apostolice fiant Littere

opportune

opportune super hujusmodi Beneficiis, dumodo per privationem ipsam collatos non fuerint, ut prefertur, et nihilominus omnibus, et singulis, qui jus, sive titulum, aut possessionem habent, vel habere pretendunt, seu pretenderent in futurum super beneficiis Ecclesiasticis, et officiis supradictis alicujus, seu aliquorum ex suprascripti personis privatorum ratione adhesionis seu factionis hujusmodi, seu dependentium ab eisdem, aut eorum fructibus, redditibus et proventibus harum serie silentium perpetuum imponimus pro presens, solvo quod predicta non vendicant sibi locum, nec intelligantur in beneficiis, officiis, seu dignitatibus, que habet, seu tenet dilectus filius, dilecti filii Nobilis Viri Tristani de Savorgnano Militis natus dicte Aquilejensis Diecesis cum ejus adversario de alio Beneficio in recompensam duxerimus providere cassantes, revocantes, et annullantes, ac viribus evacuantes omnes, et singulos processus, censuras et sententias si que facte sunt, aut late in causis quibuscumque civilibus, vel criminalibus, in Romana Curia vel alibi Apostolica, aut in Curia predicti Antonii Patriarche, aut extra eam ordinaria vel sibi commissa auctoritate, quibusvis occasione, vel modo contra aliquam, vel aliquos predictorum maxime cum ratione rebellionis et adherentie hujusmodi non voluerint, uti eorum juribus, vel illa prosequi ante restitutam obedientiam supradictam; volentes, et decernentes, quod de cetero quotiescumque provisus fuerit de novo Patriarcha Aquilejensis Ecclesie prefate cum vacabit in, et super hujusmodi causis, tam motis, quam movendis cucurrerit, neque curat predictis, seu contra predictas usque ad creationem

novi

C. 224. t°. Adi domenica XVI. de ottobrio forono mandati per ambasadori alo nostro signor Re ser jacomo de Domasin, et Niccolò nodar del Ditizar, antarino cum cavagli IIIJ°. famegli II. deli quali cavagli II. furono de xpotoro de Blasutta, lo terzo fo de ser domenico Gambarlin, e lo quarto dello detto ser jacomo ambassador. Li famigli forono Antonio de Verzon, e Leonardo Sclavo. Et prima dei ali predetti ambasadori per spexe da viver imperò cheli debevano andar per fin a zagabria ducati in oro quarantauno et sold. XXVI. jtem dei alo dito Antonio de Verzon per man del ditto ser jacomo de Domasin per la sua fatiga de di --- marca I. de sold. una. summa ducati XLI. marca I. et sold. XXVI.

C. 125. t°. Adi Lune XXVIII. de novembre dei a uno che condusse uno corer dei

nostro signor Imperador per fin a Spegainberge soldi quaranta

Adi venere . VIIII. de Decembre fo mandato per Ambassador alo nostro signor Rè per fin a Gorizia . Ser ... nodar dei Visizar ... con cavagno, et famegio ... I. deili per spese de viver marcha de soldi doi

126. Adi sabato X. de Decembre fo mandato Veterli Todesco cum una letera dei nostri Ambasadori, li quali erano ala majestade del Rè deili soldi ventiuno

Adi zoba XV. de Decembre dei a ... per portar una letera delo nostro serenissimo signor Imperador alo signor Pipo, lo quale era ... son per ... andar cum lo campo per fin a Codroipo dei ... messo per lo so premio soldi cinquanta

126. Adi mercuri . XXI de Decembre spendei che dei a Machora che ... una letera delo nostro signor misser lo Imperador a Strassoldo . sol. XIIII

Adi sabato ultimo de Decembre spendei che dei a ser Nicolo de ... per una spesa chelo fese in pagare un messo zoè Artichio che portà una letera delo nostro signor Rè alo Conte Zuan de Goriza soldi. XXVIII

M°.cccc.XIII

128. Adi mercur . XVIII . de zenar spendei che dei a ..., lo qual fo mandato cum ... carri, et cum la grande Bombarda del nostro signor Rè a Monfalcon et steti di tre, deili per spender et per la sua fatiga sol. LXX

228. Adi mercure primo de Febraro forono mandati per Ambassadori misser Zuan de Cavalcant et Thomaso de Candit a la Regia Maiestade e alo nostro signor Patriarcha, et alo signor Conte de Ortemburg per fin in Histria cum cavali . VII et fameglì quatro . deili per spender Ducati doro XII. et nota cheli tornarin adi Luni . VI. de Febraro, et non andarino per fin in Hystria.

Adi Marti . xiiij . de Febraro spendai che dei a ser Thomaso de Ronchon, lu qual fo mandato in Hystria per Ambassator là dalo nostro Signor Rè, et là dalo nostro Signor Patriarcha cum tre cavali deili per spender Ducati doro sei, Item adi viii di Marzo dei alo detto ser Thomaso Ducati doro otto . Summa in tutto monta Ducati . xiiij

Ambassiaria mandada a Tergesto

R. 129 . t° Adi ultimo de Febraro forino mandati a Tergesto per Ambassatori allo nostro Signor Rè misser Zuan de Cavalcant, et ser Niccolò de ser Zan unacum misser Pare Musciz, e andarino li nostri Cittadini cum cavali . viii . e compagni e Fameglii sei . Et prima per spesa da viver per loro, e per li cavali dei a ser Niccolò de ser Zan Marche dx soldi sette e mezza, et Ducati doro ventidoy .

R. 130 . Adi Domenega . viiii . de Aprile furino mandati per Ambassadori alo nostro Signor Rè alo campo de Avris messer Lorise de Lignottis, ser Macor de Carrin, et ser Jacomo de Thomasin cum Cavali sette senza li lor tre. Diedi da spender Ducati doro tre

R. 130 . t° Adi Marti . xi Aprile . Spendai che dei a messer Zuan de Cavalcant, a ser Leronimo nodar de Candit, et ali altri che forino mandati per Ambassatori al nostro Signor Rè alo campo de Avris per spender Soldi . xLii

Dai manoscritti del sig. Carlo Fabrizio d'Udine intitolati Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem Tomo II. pag. 234. Carolus Fabricius Utinensis et descripsit.

Castel di Porpetto 10 8bre 1819 [signature] Frangipane

1412 4 9bre Provisioni del Comune di Udine, per la venuta del Re Sigismondo Imperatore

Ex Annalibus Magnifice Civitatis Utini Tom XVIII

In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo Quadringentesimo Duodecimo. Indictione quinta.

Consilium Civitatis

Die Veneris quarto Mensis Novembris

Super propositis per Ser Girardum Nicolai unum ex Dominis deputatis ad Regimen. Primo super facto domorum reperiendarum pro domino nostro Imperatore, ac Imperatrice, et suis Baronibus nuper personaliter venturis ad hanc Terram etc. Ac etiam de lectis et fulcimentis reperiendis pro eisdem. Deliberatum fuit, quod ad ad hec facienda, debeant eligi et deputari, et sic electi fuerunt per singulo quarterio duo. Videlicet in Foro novo Cucheius, et Antonius de Cavalcantibus. In Foro veteri Ser Ambrosius [illegible] sius Magister Lazarus, et Ser Jacobus. In Burgo Gemona Ser Hieronimus Ser Andree, Federicus de Savorgnano. In Burgo Aquilegie, et Jacobus de Montegnaco Ser Melchior Philipussii. In Grazano, et Georgius de Quarinis, Ser Petrus Boni de Portugruario. Qui etiam omnes deputati fuerunt ad tollendum differentias, et rixas, si que orirentur in Terra Utini etc. qui juraverunt etc.

Secundo de victualibus reperiendis, et preparandis pro ipso domino nostro Imperatore, ac suis gentibus, et pro usu equorum neccessariis. Et de meta ponenda super ipsis victualibus ...

ven

vendendis &c. Deliberatum, et comissum fuit infrascriptis, videlicet duobus pro quarterio. In foro novo Petrus Antonini Rovori, Johannes Guastavsure. In foro veteri Servatinus, Tounsius de Uzedis. In Burgo Gemone Franciscus de Volvasone, Andreas Vrinssti. In Burgo Sancti Egidii Petrus Vassarini, et Petrus Vine. In Grazano Antonius de Ignottis, Nicolaus a statione, qui juraverunt &c.

Tertio de de exenijs faciendis ipsi Domino nostro Regi et Regine honorabilibus, et condecentibus &c. Deliberatum fuit quod quandocumque ipse Dominus noster Rex venit in Terra Utini, seu penes ipsam sibi debeant largiri staria avena ducentum: congia vini ducentum, et staria panis quinquaginta.

Quarto de munitionibus, et instrumentis bellicis cujuscumque generis preparandis juxta requisitionem prefati Domini Regis

Consilium Ordinarium

Die Veneris XI Mensis Decembris

... Deputatis ... ad regimen ... et avisantem dictum consilium, quilibet pro bono rei publice, et pro augmentatione ... nostre Terre Utini, debeat meditari, et excogitare de quo-

bis

bus, et privilegiis impartendis et obtinendis a Serenissimo Dno nostro Imperatore, quam in Italiam venerit. Visis rationibus, quod quilibet super premissis debeat die noctuque cogitare et meditari, et meliores prerogativas eligere, et cum ipse Dnus noster Imperator venerit eidem supplicari pro dictis gratiis, et privilegiis obtinere &c.

Convocatio facta pro gentibus mittendis
cum Serenissima Regia Majestate
die Mercurii decimo quarto Decembris

Super facto gentium mittendarum ac instrumentorum bellicorum dirrigandorum cum Serenissimo Dno nostro Imperatore ad destructionem et ruinam castrorum, et locorum illorum de [illegible] Sorgnano, et aliorum inimicorum nostrorum, et rebellium Sacri Romani Imperii. Deliberatum fuit, quod debeant mitti omnes stipendiarii nostre Communitatis tam equestres quam pedestres; et ulterius debeant mitti principaliter [illegible] Castri novi, Castri veteri, et Grazani; videlicet unum pro loco cum bombardis, scalis, mantellis, palis, picconis, zappis, apparatibus et aliis instrumentis bellicis, cujuscumque generis. Que quidem sequi debeant prefatum dominum nostrum Imperatorem, et ejus vexilla. Item deliberatum fuit, quod pro habendo pecunias, debeat hodie vendi Datium [illegible] pro anno futuro, et pecunie debeant dispensari pro expensis Communitatis &c.

Item

M.CCCC. XIIJ. Indictione sexta.

Consilium extraordinarium

Die Jovis quinta mensis Januarij.

Super propositis per ser Girardum not. de Gratacellis unum ex Dominis decem Deputatis ad Regimen Terre nostre Utini exponentem, quod Dominus noster Rex instat, quod aliquem ponantur ad custodiam Bastite Palazoli. Deliberatum fuit per omnes, quod dicatur Domino Regi quod est impossibile communitati posse pati has expensas ad tenendum gentes in dicta Bastita.

Item instat item Dominus noster Rex, quod ponantur duo vel uno ex nostris Civibus in singulo portu, videlicet unus in Marano, uno in Portugruario, unus in Montefalcono, et unus in Aquilegia, qui una cum illis, quos ad predicta loca Dominus Rex destinavit habeant comorari ad presentiendum, si fieret aliquis motus per venetos. Deliberatum, quod ser Nicolaus Tomasij in Montefalcono, Tobias de Sibillitis in Aquilegia, Petrusbonus de Portugruario in Portugruario, et Nicolaus de Meiso in Marano deputentur ad standum.

Consilium ordinarium.

Die Lune XVI mensis Januarij

Super propositis per ser Girardum de Gratacellis unum ex dominis

deputatis ad Regimen exponentem, quomodo Serenissimus Dominus noster Rex intimavit nunc nostre Communitati, qualiter erat dispositus mittere exercitum suum sub Castro [illegible], petens subsidium nostrum. Deliberatum fuit per omnes, quod mittantur ad obsidionem dicti loci unum pro [illegible] et ulterius mittantur scale, mantelletti, bombarde cum lapidibus et aliis opportunis.

Consilium Ordinarium.

Die Veneris decimo mensis Februarii

Super propositis per ser Hieronimum not. Candidi super facto Embassiatorum nostrorum: videlicet Domini Dominici de [illegible] et ser Tomasii Candidi, qui postquam missi non ausi fuerunt nec voluerunt accedere ad Serenissimum Dominum nostrum Regem propter magna pericula itineris [illegible] etc. exponentem qualiter Dominus Van [illegible] noster est iturus cum una societate ad predictum Dominum nostrum Regem, cum quo predicti Ambassiatores nostri [illegible] ire secure. [illegible] [illegible] dicti Ambassiatores habeant iterato mitti ad ipsum Dominum nostrum Regem cum eodem Domino Van [illegible] etc.

Deliberatum fuit per omnes, quod predicti Embassiatores nostri [illegible] debeant mitti ad Serenissimum Dominum nostrum Regem etc.

Consilium Extraordinarium

Die Sabbati XIIII mensis Februarii

super propositis per ser Hieronimum not. patris unum ex Dnis deputatis ad Regimen exponentem, qualiter Dnus noster Imperator nuper direxerit Communitati nostre certas litteras admonitivas de eo, quod cives ipsius Terre sunt negligentes ire ad Campum de Freis, ubi ipse Dnus noster est personaliter constitutus, continentes que quos quilibet de Terra [illegible] personaliter accedere debeat. sub pena in qua est Districtus di Avorgnano &c. Quare rogavit ipsas litteras audiri debere, et secundum illas determinari. Qua littera ibidem lecta, et vulgarizata &c. ac audita, et intellecta per omnes suprascriptos consiliarios deliberatum fuit per omnes suprascriptos Consiliarios quod debeat fieri una publica proclamatio per Terram Utini ut omnes possibiles ad ferendum arma, et si non possentes mittant sufficiente accedant ad dictum Campum sub pena in dictis litteris annotata &c.

Dal Manoscritto del Sig.r Carlo Fabrizio d'Udine intitolato = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem Tomo II. pag. 236. Carolus Fabricius [illegible] [illegible] rescripsit.

Castello di Porpetto 7. 9bre 1817.

C. Frangipane

ibus vestris
ter recessum
nt et prius
qui remar=
remanere
remittan=
m habeant
m ut ad
Frangar=
. Ipsum=
m villarum
sunt pro
m fuisset.
rondum
uper tam=
ut posse
ter absenta=
ominus
bus scribe=
opulo ultri,
nem bostium
ue per=
ellationem
atiat.

une

1412 ... mu... . Xristoforo de Valentinij Capitanio di Udine sull'andamento dell'assedio d'Ariij 312.

1413 Egregii ac honorandi domini. Notificamus nobilitatibus vestris quod campus noster terre Utini dietim diminuitur propter recessum gentium de eodem et absentantium, et que se absentaverant et prius venerant, quod cedit in magnum periculum illorum qui remanserant, de quo ita provideatur per vos quod possitis remanere contenti. Si qui campo recesserunt, et in Utino sint remittantur ad campum, et si qui veniunt, et bolletinum non habeant detis eis aliquale spatium trium vel quatuor horarum ut ad campum reddeant, et hoc pro honore campi vestri. Frangantur bolletini per vos ne ipsos unus alteri concedat. Ipsumque procuretis mittere ad campum currus hominum villarum qui de campo recesserunt, quia necessarij fortissime sunt pro victualibus conducendis ad campum. Hodie traiectum fuisset cum machina nisi una ... rupta fuisset; nondum tractum fuit cum Bombarda qua dominus noster Rex super campum est et non est sufficiens noster campus posse custodire Bombardam magnam, et machinam propter absentationem gentium, que de dicto campo recesserunt. Dominus noster Patriarcha michi dedit in mandatis quod vobis scribere deberem quod in campo sunt pauce persone de populo Utini, que apte sint ad custodiam campi, seu ad debellationem hostium et pro tanto dixit quod debeatis remittere quascumque personas aptas ad custodiam campi, et ad Hostium debellationem non respiciendo gentium qualitatem prout scripsi alias.

Ca

Datum in Campo feliciter posito sub castro de Prois die vene-
ris XXIIII.° Martii sexta Indictione

Christoforus de Valentinis de Utino
ejusdem Terre Capitaneus cum salutatione

A tergo / Egregiis ac prudentibus Viris Dominis - - - decem
deputatis ad Consilium et regimen Terre Utini
majoribus honorandis

Ex Autographo in Tabulario Civitatis
Utini

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale
intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII pagina
429 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis
di Cividale del Friuli.

Cast.° di Porpetto 17 agosto 1817 — Frangipane

1413 8 aprile De-Brunatiis dep.: del Pat: Lodovico al saggio delle monete 312.
giudica di buon peso 203 marche.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1413 ind. 6. die vero sabbati 8 mensis Aprilis. Actum Utini Aquilejensis in Domo honorabilis viri ser Ambrosii Marchesini Monetarii Domini Nostri Patriarche Ludovici Duci de Dech in Camino inferiori. Presentibus Honorabilibus, et discretis viris ser Christoforo de Cignottis de Utino, ser Thome Tingi de Senis, ser Petrobono Nob. de Portugruario, Melchiore de Mantua - Joanne filio, ser Severo de Quadrubio, ser Joanne Semprebon, Joanne filio Jacobi a statione ac Thoma Not. de Pomaris omnibus Utini habitantibus testibus ad hec convocatis specialiter et rogatis, et aliis pluribus. Ibique prudens Vir ~~Magnificus Dominus~~ Magister Dominicus Aurifex de Brunatiis de dicto Utino tanquam homo deputatus ad probandum satium Monete, prefati Domini Nostri Patriarche Aquilejensis Ludovici, in presentia Honorabilis juvenis ser Antonii de Cavalcantibus tanquam Custodis dicte Monete, a Liga facto sazio justo, et diligenti judicavit, sententiavit, ratificavit, et approbavit ducentas tres marchas monete denariorum Aquilejensis ibidem presentem ipsam monetam esse in pondere, numero, et argento juxtam, veram, et non fictitiam: et esse in liga et forma consueta juxta pacta ejusdem Dominum Patriarche, et consuetudinis Patrie Fori Julij &c. cum omni melioramento &c.

L'autentica di questo instrumento è appresso il M.to R.do Padre Agricola della congregazione dell' oratorio

Da pergamena di carte antiche presso il Conte Luigi Ottelio d'Udine copiato, e unito insieme in volume senza titolo, e numerazione di pagine, con numero progressivo posto ad ogni documento in.o 27.
Cas. di Pers(?)ello 22. 9bre 1816. Frangipane

matie
am
i in
utia
llustris
Patris
lis uiri
andato
forri
commodo
ientes
alicem
et
ma
cissim
ion
modi
rrea
atione
et
itimur
e fund
et

e Dalmatie
utantiam
lissimi in
Clocantia
imi Illustris
sito Patris
e Nobilis viri
a demandato
ariter fore
a rei comando
. cupientes
leis displicen
urum et
ommuna
lio et uicissim
une tam
ev medi
S. Marci
is Venetiarum
imus et
vomitimus
atque firmi
uari et

1413. 12. aprile / 101 sotto / 1413. 23. giugno — Sigismondo re dei Romani pubblica la tregua per 5 anni con Venezia ed alleati.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus et Ungarie, Dalmatie, Croatie etc. Rex, notum facimus tenore presentium universis, quod ad instantiam crebrissimamque ex hortatione et invitatione studiosam Reverendissimi in Christo Patris Domini Brande tituli S. Clementis presbiteri Cardinalis Placentia vulgariter nuncupati Apostolice Sedis Legati amici nostri carissimi, Illustris Bertoldi de Ursinis Comitis Palatini et sanctissimi in Christo Patris et domini domini Joannis Pape XXIII, Consiliarii et Ambasciatoris, et Nobilis viri Philippi Joannis del Bene de Florentia nuntii eiusdem domini Pape de mandato et beneplacito sanctitatis sue amore desiderate pacis accensorum, et pariter fervantiumque laborantium, pro generali bono Christianitatis, et publice rei commodo, incremento felici, guerrarum dissidia, et iurgiorum fomites extinguere cupientes, et suffocari, De et super omnibus et singulis dissensionibus, discordiis displicentiis, et guerrarum materiis, ac earum occasione inter nos ab una et illustrissimum dominum Michaelem Steno Ducem Dominium et Commune Venetiarum parte ex altera, subactis et temperatis hinc inde motis et vicissim ex adverso factis et perpetratis cum eisdem Duce, Dominio, et Communi tam occasione Imperii, quam Regni et Corone Ungarie, et tantummodo per medium nobilium virorum Tome Mocenigo Procuratoris Ecclesie S. Marci et Antonii Contareni Ambasciatorum domini Duci et Communis Venetiarum pleno mandato fulcitorum, treguas seu sufferentias facimus, inivimus, et firmavimus, ac facimus et inimus, et sub verbo nostro regio promittimus et firmamus per presentes sub infrascriptis modis, capitulis, atque formis.

Primo quod huiusmodi treugue fideliter et inviolabiliter ab utraque parte servari, et teneri debeant pro annos quinque a data presentium

Item quod quilibet partium omne id, et totum quod tenet, et possidet ad presens per iam quinque annos teneat et possideat in quibuscumque partibus et locis

item quod huiusmodi tempore quinque annorum quilibet prædictorum se abstineat, et cesset ac cessare et abstinere debeat ab offensis, et quod quilibet earundem partium subditus cum mercantiis et rebus suis transire stare redire, mercari et conversari possit et valeat secum hinc inde per omnes terras, castra, loca, villas, portus aquas, et territoria dictarum partium, et cuiuslibet earum, sicut ab antiquo faciebant, vel facere poterant quovis modo

Item quod in prædictis treguis, et sufferentiis tantummodo, ut supra scriptum est, ex parte nostra illigantur et colligantur Reverendiss. Ludovicus electus Patriarcha ecclesia Aquilejensis, ac tota patria Fori Julii, Magnifici Henricus et Mainardus Comites Goritie, et Tiroli, Federicus Comes de Ortemburg, Joannes Franciscus nostri, et imperii sacri Mantue Vicarius Generalis ac nobilis Rompertus de Valdechi Ex parte vero prefati Ducis, Domini et Communis Venetiarum ligantur, et includuntur Nicolaus Marchio Estensis, Carolus Pandolfus, et Malatesta de Malatestis fratres, Oppizo de Polenta Ravennatas et Tristanus de Savorgnano et fratres, Artico et Guido Comites de Porcileis Schinella, Basilius Rolandus, et Manfredus et Antonius Comites de Collalto, Jacobus de Castronovo et Galdenatio, Venciguera, et Antonius fratres de Arcco, Antonius et Castronus fratres da Archo Antonius et Castronus fratres de Castronovo de Tuano, Andrighettus et Gulielmus fratres da Castrobarco Vallis Lagarine.

Item quod neutra pars, nec quisque eorum supra contentorum possit praebere auxilium, vel favorem cuicumque alteri ex alia quacunque causa inquietudinem vel

uel molestiam alteri parti uel cuique eorum dicto tempore perdurante.

Item ut tempore dictarum treguarum et sufferentiarum deueniri possit ad pacem bonam, ac perpetuis temporibus duraturam, dicte partes eligant, et assumant in amicabilem compositorem omnium differentiarum occurentium inter predictas partes prefatum Dominum Joannem supremum Pontificem, qui tamen non possit nisi de partium uoluntate amicabiliter finalem concordiam facere

Item quod nos cum exercitibus nostris transire possimus per quecunque terras, uias, pontes, passus, et aquas quas tenet Commune Venetiarum, et exire et intrare personaliter Ciuitates, oppida, et Castra cum honesta et decenti comitiua si uoluerimus in quibus tam nos, quam nostri debeamus honorabiliter et uideri, et recipi prout decet, sic tamen quod nostri exercituantes amicabiliter transeant, nec ulterius damna inferant, quam fuerit consuetum per nos exercitus nostros transeuntes per territoria amicorum et quod predictum Commune Venetiarum prouideat de uictualibus pro nostris pecuniis et pretio competenti sic tamen quod teneamur notificari aduentum nostrum dicto Communi Venetiarum per unum mercatantem, ut possit de rebus necessariis prouidere

Item si aliquis ex superius nominatis alterius partis inferret guerram uel molestiam alicui parti alterius, non per hoc intelligatur rupta tregua, sed mouenti guerram et molestiam, ut non possit pars sua prebere auxilium uel fauorem, declarato et attento quod si prefatus Tristanus contra presentem treguam aliquid committeret, seu faceret, aut alicui de supradictis inclusis molestiam uel guerram inferret, uel faceret directe, publice uel occulte quod ex tunc eo ipso contra presentem treguam penitus exclusus sit et quod predictum Commune

venetiarum contra eum tanquam ipsorum proprium Civem, et ipsius rebellem procedere teneatur

Presentium sub nostri magni sigilli testimonio litterarum date in descensu nostro campestris in patria Fori Julii quod Castellotum anno nativitatis Domini MCCCCXIII. die XVII. Aprilis Regnorum nostrorum anno Ungarie XXVII. Romanorum vero tertio.

Ego Laurentius quarter Curie Maioris notarius, qui ex authentico fideliter exemplavi mandante magnifico domino Cancellario magno venetiarum.

Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungarie Dalmatie, Croatie Rex etc. Tenore presentium notum facimus et manifestum omnibus et singulis has nostras literas inspecturis, qualiter nos illustrem Comitem et bene natum Henricum Comitem Goritie, Tirolisque Fidelem et carissimum Cognatum nostrum et fidelissimum nostrum et sacri Romani Imperii facimus, constituimus et confirmamus Capitaneum infrascriptarum Civitatum, fortilitiarum, particulariter nominandarum videlicet Civitatis Beluni, Feltri, Seravalli et Cordigiani necnon Comitatus Zumellarum et etiam omnium aliarum fortilitiarum Rocharum, Castrorum, et Clusarum pertinentium et iurisdictioni prenominatarum Civitatum et Castrorum, et ab eis dependentium. Quoniam attendimus et gratiose, respondimus, pro meritis et servitiis fidelissimis nobis et Romano Imperio prefatus Henricus et presertim in ista urgente guerra, quam habuimus cum Communi Venetiarum, et etiam pro servitiis magne utilitatis a temporibus retroactis benigne, gratiose et liberalissime a sine

tenore

aliquo animi gravamine factis et impensis ac quotidie facit et faciet adhuc
facere potent. Ideo pro predictis servitiis bono mentis cogitamine, sano consili
o et maturo, ac justitia et sapienti habita deliberatione, prefato Henrico damus
et concedimus suprascriptas Civitates, Castra et fortilitias et Comitatum
Zumellarum, et cum omnibus aliis ac suis iuribus, pertinentibus et suppo
sitis, et ulterius cum omnibus suis honorantiis, iuribus, collis, datiis, gabel
lis, nec non redditus et introitus dictarum Civitatum, et reliquarum eis
pertinentium, jus manutenendi sive facere salvos conductus, similiter honore
domini fruere et gaudere, et finaliter ib, et omne totum quod pertinet
ad honorem et utilitatem domini qualitercunque sive quomodocunque
sit, non diminuendo nec detraendo, sive defalcando de suprascriptis aliquid
nostro summo Capitaneo, et sacri Romani Imperii Vicario et gubernatori
facto, et confirmato in valore et fortitudine harum Litterarum Romani
Imperii cum hoc pacto, et concordio, quod prefactus ille amicus et
heredes ipsius masculi vel femine prenominatum Capitaneatum, et Vicaria
tum, et Gubernamentum supradictarum Civitatum, Castrorum, fortilit
iarum cum Comitatu Zumellarum, et cum omnibus dependentibus
ab eis a se nostri parte, et in nomine nostri habeant, pacifice possi
deant et gaudeant ac usufructuentur; revocando, irritando et annullando
omnia contraversa, et omnia impedimenta omnium personarum volen
tium contradicere, facere, vel venire suprascriptis contentis et descriptis
dumtaxat, et usquequo nos vel cui post veniet Imperator, aut Rex
Romanorum prefato Henrico, aut prelibatis suis heredibus dabunt aut
solvent aut deponent in depositum Zilii sexdecim millia Floreno
rum boni auri, et iusti ponderis quos tenemur dare, et debiti sumus

prelibato Henrico pro prenominatis servitiis nobis factis de bona iusta causa
et equa ratione. Et ob hanc causam nos vel successores nostri qui
succedent in Romano Imperio, aut succedere debent eidem Henrico aut
prenominatis suis eredibus occasione istius Capitaneatus, Vicariatus, aut
Gubernamenti non valeant, nec posse ~~debeat~~ debeant ipsum, vel ipsos suos
eredes deponere, capsare, nec annullare quovis modo a predicto
Capitaneatu, Vicariatu, et gubernatione, ut supra, donec vel usque
quo predicti floreni sexdecim millia omnes et integraliter soluti
et exbursati ac numerati sint sive depositi Zillii, ut prefertur,
et sine aliqua compensatione vel detractione facta vel fienda de aliquo utile
sive comodo habitis, et receptis a prenominatis Civitatibus, fortilitiis, Comita-
tu, et similiter de omni alia ratione pertinente ad honorantiam predictarum
terrarum supradictarum. Et ideo precipimus, et mandamus omnibus, et quib-
uscumque vicariis, consiliis, Officialibus, et Rectoribus et generaliter Civibus
predictarum Civitatum, Castrorum, fortilitiarum, et Comitatus necnon
universaliter omnibus aliis subditis et suppositis predictarum Terrar-
um, ut prefertur, loquendo ex magna voluntate animi et alto et magni-
fico et in fortitudine istarum nostrarum litterarum, quod suprascripti et
prenominati prefato Comiti Henrico carissimo cognato nostro in omnibus sui-
bus, quibus dici possunt, et in potestate gladii meri ac mixti Imperii, sicut
propria persone nostre, et loco nostri integraliter, et sine aliqua contradictione
obediant, et obedientes esse debeant universaliter omnibus, et in omnibus manda-
tis, et preceptis ipsius Comitis Henrici, et sine aliqua contradictione, vel super
dicimus persone cuiuscumque existant, nec contrafacere vel venire
ser

per aliquem modum sub pena indignationis nostre gratie et corone Romani Imperii, et in testimonium ac robore harum nostrarum litterarum sigillatarum cum nostro pendenti sigillo Romani Imperii jussimus fieri.

Dat. Feltri millesimo quadrigentesimo tertiodecimo in vigilia sancti Joannis Baptiste Regnorum nostrorum Ungarie et. vigesimo septimo, Romanorum vero tercio.

Registrata fuit copia suprascripti asserti privilegii per me Zambatistam de Curigis notarium, et Officialem ad Cancellariam Communis Belluni die XVI. januarii MCCCCXIIII, indict. VII de mandato egregii et sapientis viri domini Tome de Ponte de Cumis in jure Civili licentiati vicarii et Rectoris Civitatis et districtus Belluni ac Consulum dicti Communis.

Verci Storia della Marca Trivigiana

Tomo 19. Doc. 2110, e 2113. pag. 64 – 67.

G. Frangipane

1413. 10. maggio — Sigismondo Imp. dei Romani debitore di 500 ducati d'oro a Lodovico e Nicolò Strasoldo. 313.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungarie, Dalmatie, Croatie Rex.

Volentes nos Nobiles Lodovicum et Nicolaum consanguineos, ac ipsius Nicolai fratres de Strasoldo fideles nostros dilectos de quingentis Ducatis, in quibus ipsos rite et legitime obligamur, certos facere, et contentos, ipsis in solidum Turrim nostram appellatam Zums cum omnibus terris, aquis, pascuis, fundis juribus, et jurisdictionibus, sitibus, pratis, nemoribus, molendinis, fructibus, redditibus, ususfructibus, emolumentis, obventionibus, et aliis pertinentiis suis singulis, quocumque nomine censeantur, ubique locorum sitis, ac etiam quidquid ad Canipam pertinet nomine pignoris obligamus, et obligavimus per presentes tali conditioni quod si Turrim prefatam cum suis, ac dicte Canipe, pertinentiis, ut premissorum, in festo Nativitatis Christi proxime ventura pro dictis ducatis quingentis reddimere, et liberare neglexerimus, quod ex nunc predicti Ludovicus, Nicolaus, et fratres sui antedictam Turrim cum pertinentiis suis prefatis quiete tenere, et possidere debeant tamdiu, et quousque ipsa Turris, ac pertinentia Canipe per nostram Majestatem aut successores nostros per jam dictam summam quingentorum ducatorum ab ipsis, aut eorum heredibus redempta non fuerit, et libera. Addicientes prefatis nostris conditionibus ex liberalitate nostre gratie, ut quamdiu predicta Turris, et Canipa, pertinentiaque in nostrorum ipsorum fuerit manibus, quod omnes fructus redditus, et proventus ipsius, et pertinentiarum suarum premissarum libere percipere, et levare, ac sine diminutione predicte summe capitalis in usus suos convertere possint,

1413 al 1414 — 2. agosto — Federico Co: di Ortemburgo a Cividale, sopra danni fatti da proprj sudditi promettendo riparo e compenso. 310.

Nobilibus et prudentibus viris sincere nobis dilectis Provisoribus Gastaldioni, Consilio et Communitati Civitatis Austrie

(Intus)

Fredericus Dei gratia Cilie, Ortenburg Segaeque Comes. &.

Nobiles et prudentes viri sincere nobis dilecti. Litteras vestras nobis iterum ex parte concivium vestrorum a quibusdam predonibus noviter captivatorum transmissas, noviter nos sano tenore comprehendisse. In quibus inter cetera continetur quomodo ipsi concives vestri per ipsos predones de Castro nostro Los, ad aliud Castrum nostrum Castel vocatum sint conducti. Ad quas vobis respondendo significamus, quod de hoc omnino inscij sumus nec etiam credere possumus, quod ipsi vestri Concives ad Castrum nostrum Los sint conducti, cum tam subditis vestris ubique in Dominijs et territorijs nostris commisimus ut homines et subditos tam vestros, quam etiam Illustris Ducalis Dominij Venetiarum nullatenus aggravare, nec iniuriam molestiam inferre presumerent. Sed eos potius protegere, tueri et defensare debeant, nisi forte esset quod ipsi predones dictos vestros Concives clandestine, et furtive per Dominia et Territoria nostra conduxissent,

vos

vos ipsi considerare potestis, quod hoc difficulter intercipere possemus considerando etiam, quod oppidum nostrum Los et alia nostra Dominia ubique aperta existunt, per que facile ipsi predones, antequam talia ad nostram, ut nostrorum noticiam pervenerint pertransire possunt. Sed si debito tempore nos aut Subditi nostri hujusmodi predones Dominia nostra pertansire presentiremus, eos utique absque debite ultionis vindicta nullatenus abire permitteremus. Scribitis etiam quommodo prenominati Concives vestri ad Castrum nostrum Castel sint conducti, super quo prudentias vestras certificamus. Quod ipsum Castrum Castel pro nunc in potestate nostra non existit, nam quondam Illustris Genitor noster percarissimus felicis reminiscentie ipsum Castrum, cuidam Johanni schrabas et heredibus suis in perpetuum dedit et contulit, quem idem adhuc tenet et possidet. Idcirco ipsis vestris concivibus juvamen impendere non valemus, ut de ipsorum captivitate liberarentur, quamvis hec animo liberti faceremus; est enim notorium et manifestum quod prefati malefactores, familiares nostri non sunt nec scire possumus ubi locorum moram ipsorum trahunt, sed si ipsi vestri Cives in Dominiis nostris detinerentur, nos utique in premissis taliter procedere vellemus

- - - -

---------- Datum Cilie secunda die mensis Augusti

Anno XXXIX

Da manoscritti del quondam Monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati: Otium Forojuliense Tomo 44 pagina 274 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale

Frangipane

Li Deputati di Udine a Cividale promettono la scorta per l'ambi: Ungiero la quale avea ritardato per incontrar degnamente il Pat. Lodovico. N° 317.

1413. circa — Ex folio medio chartaceo in Archivo Civitatis Forijulii

Forij — Egregijs ac Nobilibus viris — Gastaldioni provisoribus, consilio et Communi Civitatis Austrie amicis tanquam fratribus.

Utinus

Egregij Nobiles ac honorabiles Viri Amici, seu Fratres Carissimi. Significamus vestris Fraternitatibus qualiter per latorem harum nobis portatas vestras sumpsimus litteras intendentes nobis Adventum unius Ambasiatoris Domini Serenissimi Domini nostri Regis etc. optantis se transferre ad hanc terram Utini indilate, unde nobis instatis de scorta XXV. equorum pro dicto Ambasiatore in ipsis litteris. Ad quas respondendo denotamus vestris Fraternitatibus quod ante litteram portatam vel presentatam deliberatum fuit, ac ordinatum per nos fieri certas chavalcatas, et presertim ad eundem oviam Reverendissimo in Christo Patri et Domino Domino Lodovico Dei gratia Aquilejensis Patriarcha — Domino nostro gratiosissimo ut melius valemus die crastina ipsos viginti quinque equos destinat quos vobis indilanter destinavissemus nisi prius per nos ut supradictum est, fuisset ordinatum. Unde vestras fraternitates predictas rogamus ut in hoc nos suportatos velitis. Attamen die veneris nunc proxime futuro summo mane prefatos equos nempe vobis transmittamus ad locum in vestris litteris contentum. Valete feliciter

— — Decem deputati ad Regimen. Consilium et Commune terre Utini — cum fraterna salutatione

Da manuscritti del quondam Monsignor Guerra

Fan.

Canonico di Cividale intitolati . otium Forojuliense
Tomo 44 pagina 45 esistenti presso il Nobile signor
Agostino de Portis di Cividale :

D.D.
Frangipane

Il comune d'Udine a Cividale chiedendo la sua interposizione presso i capi degli Ungheresi affinchè pongano freno agli eccessi delle loro genti indiscrete N.° 318 I-3

1413. 8. 8bre
circa [redacted]

In medio folio in archivio Civitatis Forojulij

Foris

Egregijs ac Nobilis viris — Dominis provisoribus Consilio ac Communitatis civitatis Austrie et c.

8. 8bre

Intus)

Egregij ac Nobiles viri. Hesterna die fama publica referente ad audientiam nostram pervenit quomodo die hesterna die Ungari, ac gentes domini Comitis de Ortemburg in terra vestra existentes dum ad depredandum ivissent ad villas Pagnaci, Cerseti, et alias villas omnes mulieres quas reperiebant et reperierunt expoliari fecerunt usque ad carnem pudibunda ostendentes ymo quod inhumanum est pueros et infantes duorum, trium, quatuor et quinque anorum, ymo octo et novem mensium captivaverunt, quod in eorum et consentientium immodicum cedit honorem, de quo compatientes condolemus cum non modica cordis amaritudine vestris Nobilitatibus presentes hec decrevimus demonstrare, ut vobis debeant displicere attento quod ymo Judei talia non committerent. Quare Nobilitates vestras instantia quanta possumus duximus exorandas quatenus cum dominis Comite Sblage capitaneo Ungarorum ac Georgio Hausperger esse velint et placeant ut speramus, instareque eisdem toto posse quod predicti pueri et infantes per eos ut premittitur captivati libere relaxentur, et ne talia nefanda et scelerosa ac inhumana de cetero per ipsos perpetrentur, quod libenter videbimus pro conservatione honoris vestri et totius patrie. Scripta Utini die octavo octobris

Johannes de Cassinis Capitaneus

Sept.

septem deputati ad Regimen
Consilium et Commune Terre Utini et c.

Da manuscritti del quondam Monsignor Guerra Canoni
co di Cividale intitolati: Otium Forojuliense Tomo
44. pagina 47 esistenti presso il Nobile Signore
Agostino de Portis di Cividale

Frangipane

1413. 25. 9bre — Lettera del Comune di Sacile a quel di Cividale, lodando e raccomandando reciprocamente la fedeltà al Patriarca. 91/3.

Egregiis et circumspectis viris dominis Francisco
de Florentia Castaldioni Provisoribus Consilio
et Communitati Civitatis Austrie amici
tanquam fratribus singularissimis.

(foris)

Debita salutatione premissa. Vestre Nobilitatis et fraterne dilectionis hodie litteris receptis inter cetera concernentibus quod a Domino nostro penes R --- ginam Ungarie exeunte nova felicia habuistis. et quod in fidelitate et legalitate vestris postpositis periculis quibuscumque erga eundem Dominum, ejusque Ecclesiam Aquilejensem Matrem et Dominam nostram firmi permanseratis et permanere intendebatis prout semper permansistis. et ad presens permanetis ortantes nos affectuose quod in proposito simili prout de more nostro semper fuit et predecessorum nostrorum constanter ~~ressidere~~ residere deberemus. Eisdemque nobilitati et fraternitati respondemus quod de contentis et naratis in dictis litteris gaudium et letitiam sumpsimus habundanter semper etiam non receptis predictis omnia in eis narrata de ~~costantia~~ constantia et fidelitate vestris fuisse et esse vera licet nova posita prudentia ab hemulis et rebellibus Domini nostri processerint. Quibus tamen fidem nunquam adhibuimus nec adhibere possemus. Cognitis maxime predictis vestris legalitate, fidelitate et constantia notificamus vobis quod pro parte

dicto-

dictorum emulorum et Rebellium primo existentium in Meduna, secundo in sancto Iohanne de Casartia bis recepimus litteras Requirentes nos de securo conducto pro certis suis Ambasciatoribus ad nos transmittendis quos --- Senato transmisimus per eorum nuncium sed nondum venerunt prout latius in litteris nostris vobis per nostrum nuncium transmissis die vigesimo secundo huius mensis videre potuistis. Tenentes --- quod si huc venissent suis petitionibus seu Deductionibus per nos fuisset responsum cum honore Domini nostri, et nostro, taliter quod male contenti reversi fuissent. Et si causa dampnificandi huc accessissent eramus parati et fuimus viriliter cum auxilio Dei, Amicorum Domini nostri et nostrorum eidem manu armata resistere. Notificantes vobis. quod in fidelitate et legalitate nostris civitas permisit et observatis Predecessoribus Domini nostri et ipsi Domino nostro rerum et personarum dampnis et periculis omnibus postpositis fuimus, sumus et erimus semper parati residere. Orantesque vos ut constantes in predictis similiter sitis. nobisque occurrentia sinistra et sinistra rescribentes et precipue de Domino nostro. paratis semper ad quelibet similia et majora vobis grata. Datum Sacili vigesimo quinto novembris indictione sexta

Jacomucius Comes de Purziliis capitaneus
Consilium et Commune Terre Sacili

Da manoscritti del quondam Monsignor Guerra Canonico di

fin

Cividale intitolati: Ottium Forojuliense Tomo 44 pagina 165 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale.

F. Frangipane

1414. 4. Feb.° Sigismondo Re dei Romani impone al C. di Gorizia di non violare i privilegi dei Bellunesi. 323.

Sigismundus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie, Dalmatie Croatie q. Rex, Magnifico Henrico Comiti Goritie socero et Fideli dilecto gratiam regiam et omne bonum. Cum alias pro conservatione Civitatis nostre Belluni et jurium ipsius civibus incolis, et habitatoribus dicte Civitatis, ipsiusque districtus te in Capitaneum prefecimus, ita ut dicte nostre Civitatis res publica tua mediante providentia, prout indubie speramus, de bono in melius statuatur. Ad nostre etenim Majestatis auditum noviter deductum existit, qualiter iura, libertates, immunitates, privilegia, et laudabiles consuetudines dictis Civitati, civibus, incolis, et habitatoribus concessas et concessa et per nos ipsos innovatas et innovata infringere et violare pretendas in ipsorum prejuditium non modicum et gravamen. Dum itaque magnifice et fidelis dilecte ex subditorum, et fidelium conservatione Principis invalescit gloria, reique publica tecta tenentur, tuam fidelitatem seriose requirimus, et hortamur, tibique precipiendo mandantes, quatenus receptis dumtaxat ab eis, de quibus de iure camere nostre Imperiali respondere debent, et tenentur, predictam civitatem, eiusque cives, incolas et habitatores predictos, cum ipsius districtu in ipsorum libertatibus, privilegiis iuribus et laudabilibus consuetudinibus, que firmiter, et illexa ipsis servari volumus, taliter conservare velis et manutenere ut et ipsis in conspectu nostre Majestatis querulandi occasio ratione premissorum non emergat, sed potius magnifici et equi sui

regiminis presidiis salubribus virescat incrementis. Presentes perlec=
tas in dictorum Civium manibus volumus remanere, Dat. Cremo=
ne anno Domini millesimo quadringentesimo quartodecimo quarta die
Februarii, Regnorum nostrorum anno Hungarie xx vigesimo
septimo. Romanorum vero quarto

Ad mandatum domini Regis
johannes Kirchen.

Verci Storia della Marca Trevigiana T. 19 Doc. 2122. 4. 79

ZC
Frangipane

i

er, re:

per Capi:

n Torto.

st et

fuit

io vide

iores ver:

um mitte.

is rescri:

imus

ontentis

vestram

n. ugta,

scire

to diebus

vero

de eos,

icti Du.

omino

nova

devirus

datum

A

1414. 16. Luglio Il commune di Monfalcone da conto a Udine sul cose della guerra e nulla sa della venuta di Tristano dei Savorgnani alla Tisana. 321

1414 Nobiles utique providi, et discreti Amici Karissimi salutatione premissa. Recepimus litteras vestras inter cetera continentes quomodo per capitaneum, et Comunitatem Portusgruarii vobis intimatum erat quod Tristanus olim de Savorgnano applicuit Portum Latisane, et ibidem est et quomodo Ser Franciscus de Varcoto transiens per Caprulas usus fuit aliquibus verbis atque quod quidam Civis de dicto Portugruario viderat ·LX· Vellas Barcarum extensas tendentes ad partes superiores versus et ꝛc. ac etiam quod quamdam litteram presentibus alligatam mittere debeūemus Muglam sine dilatione vobisque super premissis rescribere que apud nos erant et ꝛc. Quibus per presentes duximus respondendum quod de premissis in dictis vestris litteris contentis apud nos nichil constat, nec aliquid scimus, Litteram autem vestram predictam subito dedimus Johanni Rinnndorfer Potestati Mugle, qui hodie summo mane huc applicuit nec aliquid novum scire dixit excepto quod per servitores Ducis Austrie jam octo diebus elapsis derobate fuerant due ville domini de Valse nunc vero videlicet die externa intelleximus per aliquos venientes de Los, quomodo quidam Roller cum suis sequacibus servitoribus dicti Ducis Austrie spoliaverunt duas seu tres allias villas in Dominio dicti domini de Valse, sed prope Solozeniam, alia autem nova ad presens non habemus, quod si qua alia presentire poterimus illa vobis sine mora significare curabimus. Valete. Datum Montisfalconis XVI° julii M° et ꝛc XIIII° Indictione VII°

Johannes Krumpech Capitaneus --- judices et
et Consilium Montisfalconis.

A tergo / Nobilibus prudentibus, et discretis viris ... Capitaneo ... Decem Deputatis ... Consilio, et Comunitati Terre Utini Amicis honorandis.

Ex Autographo in Tabulario Civitatis Utini.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 430. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Casa di Corpetto 12 agosto 1817.

Frangipane

1414. 26. 8bre) Corrado Bojani le move a Cividale del consulto della venuta dell' Imp. del bisogno di denaro ecc.

[illegible]

[illegible] Serenissimum [illegible] nostrum [illegible] Romanorum Regem [illegible] nostri [illegible] omnium [illegible] nostrum [illegible] Ambaxiatam nostram exposuimus, qui nos benigne [illegible] audivit, et dixit se velle Dominum nostrum Patriarcham in statu suo remanere, et [illegible] in libertate [illegible] conservare [illegible] contra [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nostro [illegible]

[illegible] Pater [illegible] que non sunt credenda [illegible]

[illegible] nos et [illegible] omnino [illegible]

[illegible] quod nos [illegible] [illegible]

[illegible] Domino [illegible] [illegible]

[illegible] procuravetis cum Domino nostro [illegible]

[illegible] [illegible] expendimus ultra [illegible]

pecuniarum quas nobiscum portavimus [illegible]

[illegible] solliciti sitis cum Domino nostro [illegible]

[illegible] et [illegible] nobis mittatur, [illegible] sine [illegible]

factum est nichil et specialiter in facto nostro [illegible]

[illegible] omnes [illegible] et [illegible] gratiam [illegible]

persona bene sani, sed de bursa multum va[illegible]

[illegible] Bonifentia die XXVI. [illegible]

[illegible].

[illegible] Grisanus [illegible]

[illegible] [illegible] Monsignor [illegible]

[illegible] Cividale intitolato [illegible] Album [illegible]

[illegible] Tomo XLIII [illegible]

[illegible] [illegible] Signora [illegible]

[illegible] Cividale [illegible]

[illegible] Cornuello [illegible] 1817.

1413. 27 marzo — Mainardo di Polcenico chiede un reo d'omicidio a Nicolò suo famigliare, questi il niega.

[illegible]

[illegible] alteratione [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] protestat [illegible]
[illegible] quod non esset in ejus [illegible] nec [illegible]
[illegible] quia predicta [illegible] debat demonstrare
omnibus [illegible] consortibus, ut de remedio juris deberent
[illegible], de quibus ego [illegible] Not. rogatus
[illegible] de [illegible] [illegible] instrumentum [illegible]

[illegible]

Ego [illegible] f. Ser Nicolaj de [illegible]
[illegible] Not. [illegible], et
[illegible] scribere scripsi [illegible]

Copia estratta dal Processo N. [illegible] a car.e [illegible] 15.
esistente nell' Archivio delli Nobb. [illegible] [illegible], e
[illegible] [illegible] Franc.co [illegible] di [illegible]

[illegible]

1416. 6. Genn.° Ferdinando re d'Aragona notifica a Sigismondo che s'era tolto all'obbedienza dell'antipapa Benedetto insieme coi re di Castiglia e Navarra.

Serenissimo Principi Sigismundo Dei gratia Romanorum Regi semper Augusto ac Ungarie Dalmatie Croatie et Regi Fratri nostro carissimo Ferdinandus eadem gratia Aragonum et Sicilie et Rex salutem debitam cum honore. Serenissime Princeps frater noster precarissime. Solicita cura precipua circa consumationem tractatus initi unionis Sancte Matris Ecclesie, et nec ignari serenitatem vestram pro qua reciproce affectionis studio ardenter insudat summo onere gratulari, vobis presentibus nunciamus, quod hodie date hujusmodi Dei nomine inuocato ad finem, quod Dei etiam unico nupta Sponso Christianus populus qui tot pene temporum naufragavit curriculis in pace quiescat, subtraximus, et substrahi jussimus ubique ditionis nostre obbedientiam Domino Benedicto demumque subtractionem hic signanter, et per alias partes nostre ditionis juxta ipsius formam quam serenitati vestre mittimus cum presenti solemniter fecimus publicari. Credentes indubie id idem una eadem die factum fuisse per Illustrissimos Reges Castelle Nepotem, et Navarre Avunculum Nobis carissimos ac Comites Armaniaci et Fuxi in eorum Regnis terris et dominationibus prout extiterat concordatum. Super aliis vero que remanent exequenda tam vigilanter quam studiose procedere curabimus quantum nobis erit quod ex eis speramus ope suffragante divino fructum votivum et felicem exitum proditurum. Et si que de vestris Regnis, et terris Serenissime Princeps et frater noster precarissime grata vobis occurrunt fiducialiter intimetis.

Datum Perpiniani sub nostro sigillo secreto, et propter indispositionem

personae nostrae signatum manu nostri Primogeniti sexta die Januarii Anno a nativitatis Domini Millesimo iiii° XVI

A. Primogenitus

e Cancellario Civitatis Utini

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati == Otium Forojuliense == Tomo XXVIII. pagina 432 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto 17. agosto 1817 Frangipane

5. /
én

wst
P. V.
subtra
ke, Na
dheven-
n misit
navi.
esi fa
ndamus
vitatis
nio est
em pre
us re.
Comi
islopi
n eadem
rentem
tolentia
Vrinio
i.

m //.
Domino

De

3.

en

wst

P. V.

subsra

the, Sta

theven

n misit

navi.

esi fa

ndamus

vitatis

rio ett

em pre

us re

i omni

iscopi

n eadem

entem

edentia

Vrinio

i.

m st.

omino

e a

1416. 16. Genn.° Tomaso da Macio partecipa al Car. di Colocenza le feste fatte in Avignone perchè i Re di Navarra ec. abbandonaro l'obbedienza dell'antipapa. 325.

1416. Reverendissime Pater et Domine Domine mi gratiosissime post debitam recommendationem ut decens est erga predictam R. P. V. sciat R. P. V. qualiter sexta die Januarij est obbedientia subtracta Petro de Luna, videlicet per Reges Aragonum, Castelle, Navarre, ac Comites Armaniaci et Fuxi cum omnibus eorum adherentibus ut R. P. V. melius videbit in littera seu copia, quam misit Rex Aragonum Domino Imperatori die Jovis . VIIII Januarij . Hora serotina . In qua quidem hora serotina in Avinione est factum maximum festum per Ecclesias cantando te deum laudamus et cum campanis pulsando per omnes Ecclesias ejusdem Civitatis ac ignes cremando in Platheis, Die Veneris X Januarij est solemnis processio facta per totam Civitatem Avinionensem precise sicut esset in die Festi Corporis Christi cum omnibus reliquijs et ante reliquias trombellarii fistulatores et cum diversis aliis musicorum arthibus . In qua processione fuit Dominus Imperator et unus Cardinalis ac Archiepiscopi, et episcopi quamplures, tota autem Civitas seu homines existentes in eadem utriusque sexus fuerunt cum processione laudando omnipotentem Deum pro tanto dono, quod eidem Petro de Luna est obbedientia subtracta . Valete in Filio Virginis Gloriose . Datum Avinione die XVI.ª Mensis Januarij Anno Domini M.° IIII.° XVI.

R. P. V. Thomas de Macio

A tergo Reverendo in Christo Patri et Dominum Dominum N. Dei gratia Sancte Colocensis Ecclesie Archiepiscopo domino meo.

Da

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 431 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Corsetto 17. agosto. 1817

D. F. Frangipane

1417. 9. Giugno — I Bellunesi si congratulano col Pat: Lodovico della scoperta congiura, e si offrono in suo ajuto. 326.

Illustris Princeps et Pater Reuerendissime. Nuper audiuimus nutu diuino uestre Clementie reuelatam esse conjurationem contra pacificum statum uestrum attentatam per facinorosos et iniquos, qui non diligunt pacificum statum patrie, sed uellent principari non intellectum, sed inordinatum eorum appetitum, de quo cum illustri dominatione uostra compatimur. Offerentes nos pro statu illustris dominationis uestre, et Sancte Ecclesie Aquilejensis tanquam filii deuoti ea que possumus: non tamen appetentes uindictam, sed iustitiam insuper nouerit prelibata uestra dominatio, quod diu non percepimus aliqua noua maxime de Ambasciatoribus nostris. Quare dignetur uestra Clementia participare nobiscum, si aliqua adsunt de partibus Constantie, et maxime si in his que scripsimus Ambasciatoribus nostris super recomendatione uestre illustri dominationi est aliquid intimatum paternitati uestre uel ipsis Ambasciatoribus nostris per serenissimam Rom. Regiam Maj. Et si super his per nos est aliquid scribendum semper offerimus parati. Quia ut alias paternitati uestre notificauimus cordialiter affectamus. Datum in Ciuitate Belluni die nono junii MCCCCXVII.

Cosmas de Erotis de Arezio Legum Doctor pro sacra Romanorum Regia Majestate Uicarius et Rector Ciuitatis et districtus Belluni, Consilium et Commune ejusdem.

a tergo. Illustri Principi et Reuerendissimo in Christo Patri Domino domino Ludouico Sancte Sedis Aquilejensis Patriarche electo Duci de Teck.

Verci

Verci – Storia della Marca Trivigiana Tomo 19.

Doc. 2131, pag. 103.

Granzisane

re.

rus

affec

tanci

vte

escat

travi

ue

uobis

tibus

rostro

ī

uere

otte 927.
pettre.

ectus
oms affec
m Franci
carte
notescat
ut Franci
ione
tum nobis
entibus
ro nostro

tori,
sincere

1417. 17. Giugno — Il Pat: Lodovico invia ai Bellunesi copia dei privilegi ottenuti sugli onori e sull'amministrazione di Belluno e Feltre. 927.

Lodovicus dei gratia sancte Sedis Aquilejensis Patriarcha electus viri de Tech. Nobiles et egregi salutem et sincere dilectionis affectum. Relationem nobis per fidelem nostrum dilectum Franceschinum de Spavaberijs de terra nostra Sacili vestri parte expositam plane comprehendimus. Et ut vobis innotescat qualiter alias quidam Patriarcha Aquilejensis obtinuit Privilegia Imperialia super honoribus et administratione Civitatum Belluni et Feltri, earumque comitatuum vobis mittimus copiam per prefatum Franceschinum presentibus alligatam, quam plane percipere poteritis. Dat. in Castro nostro Utini die XVII. mensis junij anno MCCCCXVII

à tergo. Nobilibus et egregijs viris Comme Vicario Rectori, Consilio et Communitati Civitatis Belluni nobis sincere dilectis.

Verci – Storia della Marca Trivigiana
Vol. 19. Doc. 2132. pag. 103.

Franquisane

1418. 5 Luglio — Foris. Il Comune di Marano a Cividale raccomandandosi contro Udine che disturbava le tregue fatte coi Veneziani per assenso del Pat.

Egregijs ac prudentibus viris dominis - - -
Gastaldioni - - - Provisoribus Consilio
et Communi Civitatis Austrie eorum Amicis et majoribus
honor.do etc

Intus)

Egregij et prudentes Amici hon. Prout vobis est notum cum voluntate domini nostri Patriarche fuimus in concordio cum venetis stare cum eis pacifice et etc. et non possumus pace frui occasione emulorum de Utino, qui nimio livore volentes ulcisci de eorum inimicis nostris favoribus ad eorum stipendium sumpserunt tres nostros rebelles de Marano qui alia guerra fuerunt destructores Marani, et eos miserunt ad capiendum ~~certos~~ ceteros de Grado in paludibus nostris pro quibus carceratis solvimus quasi ducentos ducatos Auri; quare Patriarcha ad petitionem dictorum de Utino ceperat in Utino Cancellarium nostrum et Ambaxiatorem ac tres puelos - - - - - - in Utino, et ibi sumus mi - - - taliter quod ullus de nostris non audet intrare Utinum et - - - - - versari in confinibus nostris timore dictorum nostrorum rebellorum qui auxilijs dictorum de Utino nos - - - et necem minantur taliter quod non ausi fecimus mittere aliquem de nostris ad vos, quia potius verbo quam calamo vellemus nostras melancorias vobis ut Patribus reserare, de quibus potestis informari cum ser Nicolao de Portis qui fuit ad parlamentum ad quod Parlamentum misimus nostram litteram, quam de manu nostri nuncij recepit dominus

nus Petrus de Marchixina, et noluit quod Nuntius noster entrasset Parlamentum nec ipsam litteram portaret, quod libenter a Vobis sciremus si ipsa nostra littera fuit lecta in Parlamento aut non, et quid factum fuerit in ipso parlamento, ut possimus esse provisi. Quare egregias amicitias vestras precamus fiducialiter quatenus nobis consulatis super predictis, quia libenter vellemus stare in pace cum Domino nostro, vicinis nostris et alijs ut facere proposueramus, et si vobis videretur esse cum Domino nostro Patriarcha, et pro intercedere libenter optaremus, vel aliter quomodocumque, nobis per presentem nuncium nostrum aliquid describendo, ut saltim vestris litteris consolari possimus. Valete datum Marani die V. julij indictione XI

Camerari
Consilium et ... } cum Recomendatione
Communi Marani

Da manoscritti del q.m Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati: Otium Forojuliense Tomo 44 pagina 63 esistenti presso il Nob.e Signore Agostino de Portis di Cividale

Grangisane

isto die
ii Du
Pius
defen
in Avea
tus ev
vias si
stente
hono
faciant
initio
tatis ve
exerci
quam
replicita
CXIII

fa

20.

isto die

n Siu

Plus

refen-

in Avea

itul cer-

nial si-

ttente

hono-

faciant

quitio.

itatis ve

exerci-

quam

neplacita

XXIII

A a

Filippo de Arcoli, a Cividale sull'intenzione del suo Go=
verno, che Carlo dei Bri resti colà ad oppressione dei
nemici. n. 329

1419. 23. luglio

Ex Archivo Civitatis Forijulij

Magnificis Amicis honorandis -- Provisoribus

Consilio et Communi Civitatis Austrie

(intus)

Magnifici Amici honorandi post salutem. Recepi litteram vestram isto die utique michi gratam: cui respondeo quod intentionis Serenissimi Ducalis Dominij Venetiarum est quod strenuus vir Carolus de Ghisis (Gliio) vobiscum remaneat ad oppressionem inimicorum et vestrorum defensionem vigilem et tutelam. ac Johannem Domini Marini in Areaquapropter ipse Carolus Venetias profectus est. Qui expeditus verius sum illico revertetur, et ad vos cum ejus Comitiva veniet sine aliqua tarditate. Denique Magnificentiam vestram attente exorto à bonam animi voluntatem et ad ea omnia que honorem et statum prelibati Serenissimi Ducalis Dominij faciant, et respiciant non attenta benignitate, et recognitione Dominij prelibati. ad vestre Magnifice Communitatis redundabit etiam comodum et salutem. Ego denique cum exercitu ca exequi spero. que Magnifice Communitati vestre, quam si hic essem erunt et maxime gratiora. Paratus ad beneplacita vestra semper. In villa Sancte Marie Sclavonesche die XXIII julij (sic) 1419. indictione XII

Philippus de Arcellis } gubernator et &c.
Comes Vallistidoni ac

Qa

Da manoscritti del quondam monsignor Gurra Canonico di Cividale intitolati: *Otium Forojuliense* Tomo 44 pagina 160 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale.

Frangipane

1419. 27. xbre Lodovico Pat: promette a Belluno e Feltre di soccorerli colle genti Unghare nel caso che fossero assaliti da nemici comuni. 330.

Lodovicus dei gratia Sancte sedis Aquilejensis Patriarcha, egregii nobiles et honorabiles sincere dilecti salutem, et sincere dilectionis affectum. in nostri et consiliariorum nostrorum, ... constituti Nobiles sinceriter nobis dilecti Zambatista Ciuis ciuitatis Belluni et Stefanus de la Porta Ciuis Feltrensis ea que ipsis commissa fuere nobis ordinate prudenter exposuerunt super littera credentiali ipsis tradita, que mente clare conceptimus. Ad que mentem etiam nostram gessimus videlicet nobis denotando, quod quandocumque, per emulos uestros artaremini, et uos audaverit inuadere, nos cum gentibus Ungaricis hic copiose excsistentibus ac nostris uobis subuenire non posponamus firma spe uos in hoc firmantes, quemadmodum de nostra intentione uos dicti Zambatista et Stefanus per nos ipsis imposita latius edocebunt, cui credentie fidem poteritis adhibere.

Data in Castro nostro Utini

Die XXVII. mensis Decembris Anno Domini MCCCCXIX.

a tergo. Egregiis nobilibus et honorabilibus Uicariis et Rectoribus Consilio, et Communitatibus Ciuitatum Belluni et Feltri nobis sinceriter dilectis.

Verci – Storia della Marca Trivigiana
Vol. 19. Doc. 2133. pag. 119.

[signature] Frangipane

3931.

ceptis
rostras,
a Do:
minatio:
introdu
is pia:
oppor:
edit cer:
icos Va:
nutarum
veritas
lorum,
ro tanto
nos ne
astro:Au
uastum
imicis
les quas
uri die

seruani

deputo: to
tis

331.

&.

receptis
nostras,
var Ro:
minatio:
introdu
his pla:
oppor:
edit car:
icos Va:
mutarus
veritas
derum,
ve tanto
nos, ne
astoku
uastum
imicis
les. quas
ri die

seruari

deputa:
tas

1420 circa 18 maggio
(forse più antica)

Maniago Bartolomeo rende conto delle mosse del comune nemico agli udinesi e chiede consiglio ed aiuto. 331.

agnifici et egregii viri honorandique amici carissimi. Receptis ista nocte proxime preterita litteris vestris responsivis ad nostras, et ipsarum tenore perlecto recepimus similiter hodie litteras Domini Marini Lauredano gubernatoris exercitus Ducalis Dominationis Venetiarum quam copiam vobis transmittimus presentis introclusam suplicitter deprecantes instanter et instantissime ut nobis placeat providere tam de consilio, quam etiam de auxilio opportuno cum effectu, et maxime cito et nunc, quia vere expedit certificantes vos, quod sextus et sbroghavaca sunt per inimicos Taurie aquisita et accepta, de quo valde dolemus, quia reputamus nos habere duas Bastias propter terram istam, et sicut veritas est ipsi inimici ubicumque vadunt dant guastum bladorum, et dubitamus ob hoc quod subito illud nobis dabunt. Pro tanto vos deprecamur quod sine mora cum effectu succurratis nos, ne pereamus, nam omnino dubitamus, quod dato nobis guasto burales et forte aliqui alii quorum interent propter guastum insum assurgent in rumorem ad opinionem dandi se inimicis non timentes nos forte et maxime propter gentes aliquas forenses quas non habent ad deffendendum. Datum in Terra Portugruari die X° mensis Mai. Inditione XIII^a^

Bartolomeus de Maniaco Capitaneus et
iudices consilium et Commune Terre Portusgruari
cum condecenti salutationem.

A tergo: Magnificis et egregiis viris Dominis ... decem deputatis

ris ad regimen Consilio et Comuni Terre Utini
Honorandis Amicis Carissimis.

Ex Autographo in Tabulario Civitatis
Utini

Tra manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale
intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXXVIII pagina
434 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis
di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto 17. agosto 1817.
Frangipane

e Utini
um
m Doctorem
torum
Doctoris
rum ple:
iglia, ac
um, vel
tijs, et
lusionibus,
bet
n nolen:
nostram
deffensio:
ne

1420. 8. maggio — Atti varii del Consiglio di Udine sulla pace, e dedizione a Venezia. 332

Deditione della Magnifica Città nostra alla serenissima Republica

1420. 8 Maij Fol: 11. 12

Sindicatus Consilii Majoris extraordinarij et Universitatis Terre Utini factus in personas Sapientium, Nobbilium, et Prudentum Virorum
Dominus Joannis de Cavalcantibus Egregii Legum, et Decretorum Doctoris
Dominus Petri de Marchesinis Egregii Legum, et Decretorum Doctorum
Ser Nicolai quondam Ser Zanni del Torso
Ser Joannis Guberti quondam Sapientis, et Egregii militis, et Doctoris Dominus Azolini de Gubertinis
Ser Antonij quondam Ser Valentini de Valentinis
Honorabiles Cives hujus terre,

ejusdem nunciorum, et procuratorum specialium et generalium cum plena, libera, generali, et speciali administratione, potestate, et baylia, ac plenitudine dictorum sapientum et substituendi si opus fuerit unum, vel plures Sindicos, et procuratores ad pacem tractandam cum venetijs, et inclito eorum Dominio cum omnibus Capitalis, Clausolis, Conclusionibus, promissionibus, et obligationibus ac solemnitatibus quomodolibet expedit, et oportet

1420. 11. Maij Fol. 13.

Super Machinationibus Civitalensium contra Civitatem nostram nolentium videre pacem nostram, sed casum, et damna, stragemque nostram Deliberatum fuit, quod omnes sint boni animi, et viriles in deffensione

ne Terre, et libertatis, nam Deo dante, interim sequitur Pax, quam ipsi Civitatenses videre non velent; omissis; &c.

1420. 22. Maij Fol. 15.

Deliberatio, quod omnino procedatur ad factum tractandae Pacis cum Serenissimo, et inclito Ducali Dominio, si haberi potest Nobis remanentibus in juribus, et libertatibus nostris, et sub Ecclesia Aquilejense, qua de re electi fuerunt ad essendum una cum Ser. Nicolao quondam Zanni Antedicti ad tractandam et perficiendam pacem.

Nobilis Ser. Joannes Gubertus de Gubertinis Sindacus, et Misser Joannis Cerdo de Sancto Daniele ad concludendam Pacem prout supra cum Dominio Venetorum Nobis remanentibus in libertate nostra, et juxta comissionem datam ipsi Ser. Nicolao.

1420. 24. Maij Fol. 16

Antedicti Sindaci, et procuratores communis et universitatis Terre Utini eadem auctoritate eisdem data substituerunt Procuratorem virum Magistrum joannem Cerdonem quondam Belissij de Sancto Daniele ad tractandam et concludendam cum prelibato Serenissimo, et inclito Ducali Dominio Venetiarum bonam et longevam pacem.

1420. 3. junij Fol. 17.

Relatio Ambasciatorum supra tractatu Pacis cum Dominio Venetiarum et ejusdem petitionem Ducatos $\frac{m}{50}$ antequam condescendat ad aliquem tractatum, et deliberatio, quod denuo mittantur Ambasciatores Venetias ad offerendum obsides loco pecuniarum, aliasque

ad

ad Dominos Dominos Provisores exercitus Dominij pro uno salvo conducto ut possint oratores ire Venetias

1420. 4 junij

Reversi Ambasciatores ab exercitu retulerunt se nolle ejusdem Provediribus concedere nullum salvum conductum sed si communitas nostra vult cum eis ad pacem procedere responderunt quod mittat eis aliquos bonos Cives cum pleno mandato prout fuit deliberatum et electi sunt.

Ser Nicolaus della Turre

Ser Joannes Gubertus de Gubertinis

Ser Jacobus de Montegnaco

Ser Nicolaus Notarius de Bredis

Et casu quo non possint obtinere pacem cum nostra libertate quod deberent utinenses esse viriles ad manutenendam libertatem et Terram Et quia omnes attenti erant ad bonam custodiam et non poterant ita sepe fieri convocationem pro occurentia in premissis, attributa fuit auctoritas et baylia Dominis Domin Deputatis ad Regimen eligendis et . . . . 4 vel 5 pro singulo quinterio ad audiendum Processum fiendum super ipso, ac quibuscumque occurentiis et opportunis consulendum.

1420. 4. junij Fol. 19

Prenominati Nobbiles viri Cives terre Utini tanquam Sindici, et Procuratores Communis, et universitatis ejusdem ad tractandam, et concludendam bonam, et longevam Pacem cum Serenissimo, et inclito Ducali Dominio venetiarum, ac quibuscumque Officialibus, provedito ribus

ribus

seu Auditoribus ejusdem cum Capitulis, promissionibus obligationibus Sacramentis et aliis solemnitatibus debitis, et opportunis ut latius continetur in Predictorum Nobilium virorum Terre Utini sindicatu diei 8 Mensis Maij ob initij summarij citato, habentes ipsi ad hoc speciale mandatum substituendi unum, vel plures prouti dictos substituerunt

Nobiles et Prudentes Viros

Ser Nicolaum quondam Domini Capi della Turre

Ser jacobum quondam Ser Francisci de Montegnaco

Et Ser Nicolaum Notarium quondam Ser Mathiussij de Bredis

Honorabilis ipsius Terre Utini Cives. & ad querendum, tractandum componendum, faciendum, et concludendum cum prelibato Serenissimo et inclito Ducali Dominio Venetiarum firmam, et longevam pacem, atque perfectam amicitiam, cum clausulis, promissionibus, Sacramentis, obligationibus, et alijs solemnitatibus debitis, et oportunis circa predicta, transferentes in eos et quemlibet eorum totaliter vices suas, promittentes pro se et prelibata communitate, et universitate Terre Utini habere firmum, ratum, et gratum perpetuo tenere, ac plenius adimplere et observare id totum per ante scriptos eorum sindicos, et procuratores substitutos, et quemlibet eorum actum, procuratum et conclusum fuit in premissis omnibus sub expressa hippoteca, et obligatione omnium bonorum ipsius communitatis mobilium, et immobilium presentium, et futurorum

1420. 4 junij fol. 29

Audita relatione Nobbilium, et Prudentum Virorum

Ser Nicolai della Turre

Ser joannis Gubertis de Gubertinis

Ser

Ser jacobi de Montegnaco

Et Ser Nicolai Notarii de Bredis

Ambasciatorum nostre Communitatis super venientium de campo referentium Processum per eos factum super tractatu Pacis cum Capitaneo et Provisores dicti exercitus Dominii venetiarum, et quod tandem ipsi Domini Capitanei et Provisores contententur quod Terra nostra cum personis, et bonis nostris simus in nostra libertate et sub ecclesia Aquilejense cum hoc, quod dare debeamus obsides pro securitate Pacis servande, ita quod esse debeamus Amici Amicorum, et inimici inimicorum prefati Dominij

Fuit deliberatum in magna convocatione quod omnimodum possibilem debeamus Pacem tractare, et facere cum prefato Dominio venetiarum, seu cum prefatis Dominis capitaneo et Provisoribus exercitus

Nobis et Terra nostra remanentibus in nostris antiquis juribus, et libertatibus et sub ecclesia Aquilejense

1420. 6 junij Fol 20

Habita relatione Ambasciatorum nuper venientium de Campo, referentium quod nullo modo voluerunt Domini Capitaneus et Provisores Exercitus veneti Sumere nos, ac Terram, et Communitatem nostram in concordium aliquam, nisi isto modo.

Quod dirigamus Ambasciatores nostros venetias, et quod liberaliter dent, et offerant nos, et Terram Utini Gratie Dominij, et de hoc ut sint securi valunt habere obsides a nobis, qui Ambasciatores electi fuerunt.

Nobiles, et Honorabiles antedicti

Ser Nicolaus della Turre

Ser joannes Gubertus

Ser jacobus de Montegnaco

Ser Nicolaus Notarius de Bredis

deliber.

Deliberatum, consultum, et deffinitum fuit, quod consideratis periculis, et magna extremitate, in quibus Terra nostra ad presens extitit propter magnam potentiam exercitus, et impotentiam nostram per omnem modum, et viam providetur mittendo Ambasciatores ad Dominum Provveditorem dicti exercitus, et ad Dominum Comitem Philippum ipsius exercitus Capitaneum ad tractandum, et concludendum omne Concordium possibile tali modo, quod Terra nostra, et nos cum ea non pereamus, et non ponamus ad saccamanum, sicut de hoc maxime dubitamus attenta impotentia nostra insufficienti obstare contra potentiam Dominij et gentium suarum.

1420. 7. junij fol. 21

Notandum qualiter sub presenti millesimo quadrigentesimo vigesimo indictione decimatertia die sexta mensis junij. Ista Terra Utini facit obedientiam Serenissimo Ducali Dominio Venetiarum, et

1420. 24. junij fol: 23. 24

In ecclesia majori Sancte Marie de Utino in pleno et copiosissimo Arrengo ibidem ad sonum Campane de more solito congregato coram spectabili et Sapienti viro Domino Marco Bragadeno pro Serenissimo, et inclito Dominio Venetiarum Provisore, ac Regimine ipsius Terre Utini, in quo quidem Arrengo interfuerunt Nobiles, Sapientes et Honorabiles, ac Providi Viri.

Dominus Tristanus Miles de Savorgnano
Ser joannes de Susanis
Ser jacobus de Montegnaco
Omissis

In quo quidem Arrengo Surgentes, Sapientes, et honorabiles viri

Dominus.

Dominus Joannes Aloysi
Ser Joannes de Susanis, et
Ser Nicolaus Notarius de Bredis pro se, et alijs collegis suis transmissis in Ambaxatores ad serenissimum et inclitum Ducale Dominium Venetum, in cujus gratiam, et dispositionem hec Communitas nostra se super pace, et concordia habenda cum eodem Dominio alias se posuit et obsides ipsi Dominio misit, retulerunt plenissime intentionem, Ordinationem, et dispositionem prelibati Dominij super hujusmodi factis, et debitas promissiones, et sacramenta fecerunt, et prestiterunt vice, et nomine ipsius Communitatis nostre, juxta, et secundum Capitulum infrascripta per ipsum Dominium super inde edita. Quorum quidem Capitulorum tenor sequitur in lib. Annalium sub die, mense, millesimo, et in folijs precitatis 23.24. Omissis

Et ut dicta Communitas cognoscat humanitatem, et Benignitatem nostram sumus contenti, et placet nobis, quod dicta Communitas debeat se regere, et gubernare secundum statuta, ordines, et consuetudines suas; Omissis

Super facto autem Datiorum;
Et preterea pro commodo Communitatis ejusdem sumus contenti, quod dicta affictatio, sine venditio revocetur, quodque ipsa Datia remaneant libera ipsi Communitati, que habeat illa affictare juxta consuetudines suas pro utilitate, et commodo

Reliqua omnia Datia, et introytus dicte Communitatis sicut dederant in scriptis Provisori nostro libere remaneant dicte Communitati pro expensis occurrentibus secundum consuetudines suas

Quibus

Quibus omnibus, et singulis supradictis bene, et prudenter in predicto Arrengo relatis, expositis, et declaratis per antedictos Ambasciatores ad plenam intelligentiam dicti Arrengi, et petente, et interrogante antedicto Ser Nicolao Notario de Bredis, utrum ista placerent omnibus, ipsi omnes in Arrengo existentes unanimi voce laudaverunt, et approbaverunt omnia et singula dicta, facta, et conclusa per ipsos Ambasciatores, et omnem promissionem, et sacramentum per eos prestitum pro Communitate nostra in omnibus, et per omnia.

Da vecchio Libro manoscritto, intitolato = Miscellanea Materiarum diversarum 2.dus, esistente presso il Sig. Giuseppe Belgrado di Udine = Senza numeri di pagine

Cas.o di Porpetto 6. 7bre 1816.

C. Frangipane

1420 9 Giugno Cividale chiede il libro di S. Marco ai Canonici d'Aquileia, che il negano poi cede pernicacie a patti 333.

In Christi nomine amen. Anno a Nativitate ejusdem Millessimo quadringentessimo Vigessimo Indictione terciadecima die dominico nono Junij Aquilegie sub porticu domus Habitationis ser Antonij condam ser Nicolai de Vendoy, Presentibus providis Viris ser Cristoforo de magreois Vicepotestate Aquilegie, ser Jacobo de Frauagnano, Dominico Adalmussij de ultra aquam, Jacomello condam Alberti de Venecijs, Francesco Passarelle et Jacobo de la Bertota civibus habitantibus in Aquilegia testibus ad infrascripta vocatis et rogatis et alijs pluribus et pluribus. Cum providus et discretus Vir ser Simon condam ser Johanis Antonij honorabilis civis Civitatisaustrie hodie pluries requisiisset Venerabilem Dominum serenum, Dominum Dominicum de Valle et Dominum Johanem de Zucho Canonicos Aquilegenses pro parte comunitatis Civitatis predicte tanquam nuncius et ambaxiator ejusdem prout aparet littera credencie Datum civitatisaustrie ejus sigillo sigillata in presenti M°CCCCXX - Indicione XIII die octavo Junij quatenus librum Beati Marci evangeliste reducere, deberent vel mittere ad statim civitatisaustrie, et ipsi domini Canonici hoc facere in presenti recusarent, Dicentes ei, et provido et circumspecto ser Petro mateta similiter ad predicta instanti una cum dicto ser Simone, accipiatis unum vel duos ex Nobis quos vultis in obsides donec convocentur omnes Canonici Aquilegenses qui comode haberi potuerunt quod cito fieri potest cum quibus Nos super predicta comunicare possimus, et consilium nostrum facere super predictis petitis, et illud quod per consilium nostrum capietur et firmabitur ita facere erimus contenti, Et cum ser Simon predictus hoc facere recusaret, dicens eis hoc non habeo a

mea, Comunitate in mandatis Videlicet a ipsa
obsides sed Vos potestis sicut facere portare li
brum predictum Ciuitate et ipsum in sacrastia
reponere apud unum vel plures de Dominis
canonicis quibus volueritis sacramentum dare
ne librum ipsum dent alicui nisi secundum
consilium et deliberacionem factas per Vos et
confratres vestros vel in Ciuitatem vel in
Aquilegia ub Vobis placuerit ad Vestram Vo
luntatem, et nisi hoc ad presens et subito
faciatis dico vobis quod scribetur Campo Sere
nissimi Ducalis Dominy Videlicet Domino
mitti Phelippo qui cum toto campo huc Aqui
legiam accedat pro dicto libro, et hec om
nia confirmante dicto ser Petro matela, tan
dem non valentes dicti tres Domini Canoni
ci aliter facere condesenderunt oppinioni
eorum Videlicet de portando dictum librum
Ciuitate Austrie et de reponendo eum in
sacrastia ut supra dictum est, Promittente
dicto ser Simone infrascripta facere et tiere

facere et seruare Videlicet quod liber
predictus de dicta Sacrastia non mouebitur
donec convocati fuerint omnes canonici
Aquilegenses qui comode et cito ad presentia
habere possunt in unum locum Videlicet
vel in Aquilegia uel in Ciuitate ad
beneplacitum dictorum dominorum canoni
corum ubi capitulum suum facere sole
runt, et facient deliberacionem de modo
tenendo de dicto libro et secundum eorum
deliberacionem ita fiet et non aliter, Et
sit ipse ser Simon digito fide data in ma
nu domini Sereni pro se et confratribus
suis recipientis promissit tanquam persona
specialis suo proprio nomine et tanquam
nuncius nomine sue Comunitatis predicte
predicta omnia et singula a se promis
sa facere, obseruare et effectualiter adim
plere. Insuper prudens et circumspectus
Vir Dominus Petrus mateta tanquam cola
teralis in Ciuitateaustria et in Campo

Ducalis Serenissime Dominij promissit similiter
predicta omnia et singula observare et
adimplere effectualiter in quibus omnibus
et singulis suprascriptis predicti domini Ves
cavoni rogaverunt me petrumbonum ro
tarium infrascriptum ut sibi publicum con
ficerem instrumentum.

filius
Et ego Petrusbonus + condam ser Marci de Cru
gnerio qui ad presens habito Aquilegie
publicus apostolica et Imperiali auctoritate
notarius predictis omnibus et singullis inter
fui et acta ea vidi et feci et presens fui et
rogatus scripsi.

Dall'originale pergamena esistente nel nostro Ar-
chivio - Cassetta di Pergamene

Cas.° di Porpetto 21 maggio 1817.

Dettata, e corretta da me

Frangipane

1422. 1. marzo Giacomo da Carrara assicura Cividale della sua prossima venuta a ricuperare lo Stato colle genti dell'Imp. 334

Spectabilibus et egregiis fratribus et amicis nostris carissimis Communi, et hominibus Civitatis Austrie.

Spectabiles et egregii fratres et amici nostri carissimi. Magnum exultationis gaudium cumulamus vobis. Jamdudum ad sacram Imperii Majestatem pervenisse sumus jam pridem vobis notum fore et ab ipsa sacra Majestate queque nobis placuit obtinuimus. Noventis enim quod prefata Majestas dignata est nos ut suum consocium, ac Padue sui sacri Imperii vicarium generalem eligere --- vobis omnibusque fratribus et amicis nostris gratum fore. Insuper prefata Majestas nobis mandavit quod ad magnificum Dominum Syponem ibi in Forojulii transire deberemus pro aliquibus optimis negotiis, ad quem pervenire nequivimus quia prefatum Dominum Syponem in quadam Villa Neustot nuncupata invenimus, cum quo nos oportuit retro venire pro aliquibus arduis negotiis, sed in reversione nostra quidem ex equis nostris nos letaliter in crure percussit, taliter quod crus nostrum fregit. Unde tanti doloris punctione oppressus, nos oportuit circa Zagabriam in quadam Villa Belver nominata remanere, sed omnipotentis auxilio in brevi speramus convalescere, et ad prefatam sacram Majestatem redire pro aliquibus negotiis, que ad presens scribere non curamus. Sed noverit unusquisque frater et amicus noster, quod omni mora sublata, prefatus Comes Sypo et nos intendimus cum maxima armigerorum comitiva ad partes Forojulii pervenire causa

recuperationis dominii, statusque nostri ac liberandi vos omnes-
que fratres, fideles, ac benevolos nostros ab iniqua et perpe-
tua Venetorum superbia. Ad ideo vos attente rogamus, ut
velitis esse constantes, et fideles nostros, prout certi
sumus, ac ut per longa tempora progenitorum nostro-
rum nobisque fuistis. Valete cum felici gaudio.

Beluer die primo Martij MCCCCXXII
jacobus de Carraria Padue imperialis vicarius
Generalis.

Verci - Storia della Marca Trivigiana
Tomo 19 - pag. 132. Doc. 2172.

Frangipane

1422. 13. giugno Federico Ab: di Sesto radunati i suoi vassalli fa deci=dere una questione pervenutagli di feudo che perciò è dichiarato devoluto all'Abbazia.

Millesimo quadrigentesimo vigesimo secundo, indictione ~~quinta decima~~ decimaquinda et ~~die~~ die ~~vero~~ Sabbati 13 mensis junij in Monasterio Sextensi sub Jur=ri pontis levatoris, presentibus Nobiles viris Ser Antonio q. Nob. Ser Matthiussij de Grampergo, Ser Folcomario q. Nob. Ser Joannis de Fa=nigalais, et Drico de Marignana testibus, et aliis quamplurimis, coram Nobiles viris Ser Andreas q. Nob. Ser Joannes Thomasij de Sbrojava=cha, Ser Bartholomeo q. Ser Francisci de Sancto Daniele habitante in San Vitto, Ser Antonio q. Ser Francisci della Frattina, Ser Asquino, et Ser Rodulpho Fratribus q. Nob. Ser Hermani de Attempis, Ser Mattheo q. Divini de Portugruario, ac Ser Antonio q. Ser Nicolai Marcucij de Portugruaro Vassallis dicti Monasterij Sextensis ibidem in judicio pro tribunali sedentibus, comparentibus Reverendo in Christo Patre, et D. D. Federico Dei gratia Abbate Monasterij Sancte Marie Sextensis predicti parte ex una agente, et Ser Nicolussio Sori de Gruario parte ex alia se deffendente, exposuit dicens prefatus D. Abbas Sextensis alias fuisse peremptorie citatum Ser Colussium Sori de Gruario ad hodiernam diem ad instantiam ipsius D. Abbatis, tanquam personam que recepit judicium, ac litem, et causam in se, que verteba=tur inter ipsum Dnum Abbatem, et Presbiterum Pellegrinum benefi=ciatum in Portugruario, et Ser Joannem Notarium magnifici q. Ser Francisci de Portugruario tanquam executores, et commissarios Tes=tamenti q. Ser Dominici de Septimo occasione unius cinte site in pertinentiis Gruarij in loco dicto al pont del lavandar recte per Dricum Sartulini de Gruario, quam centam ipse Abbas dicit tanquam rectum, et legalem pheudum dicti sui Monasterij fuisse, et esse devolu=

devolutum*, et allegandum quicquid dicere, et allegare voluerit ipse Collussius, quare dicta Cinta non debeat esse devoluta ad dictum Monasterium, tanquam rectum, et legalem pheudum dicti monasterij, quare prefatus D. Abbas ibidem requisivit dictum ser Collussium Soni ibidem presentem debere satisfacere dicto suo termino sibi statuto per predictos D. vassallos ad hodiernam diem, tunc dictus ser Collussius Soni satisfaciendo dicto suo termino dixit et confessus fuit dictam Cintam fuisse, et esse pheudum dicti monasterij, sed quod non credebat quod dicta Cinta esset pheudum dicti Monasterij, quando eam vendidit et se recomittit predicto D. Abbati, ut ipse D. Abbas recipiat dictum Collussium Soni recomissum faciendo, et disponendo de hujusmodi causa, et lite Cinte predicte, quod sibi placet, respondens autem predictus D. dixit Abbas dixit, quod volebat, ut justitia de hac causa currisset suum cursum, producens ibidem unum instrumentum investiture facte per predictum D. Abbatem dictus Collussio Soni, et q. ser Joannutto q. ser Soni de omnibus, et singulis pheudis, que ipsi Collussius, et Joannuttus, et Antecessores sui habuerunt, tenuerunt, et recognoverunt a predicto D. Abbate, et suis precessoribus, in quo instrumento dicte investiture continetur, quod prefatus Joannuttus, et Collussius ad requisitionem ipsius D. Abbatis petentis ab eisdem dixerunt, et declaraverunt, quod omnia bona, que ipsi habent, et possident recognoscunt, et hactenus recognoverunt a dicto Monasterio sextensi in rectum, et legale pheudum, quod quidem instrumentum investiture predicte scriptum, et publicatum est sub 1392, indictione 15, die 20 mensis januarij

manu

* ad dicendum suum monasterium propter venditionem ipsius Cinte factam per dictum Collussium Soni quondam ser Hominis de Septimo suo verbo et licentia predicti domini Abbatis ad dicendum et allegandum &c.

manu Francisci q. Benvenuti de Fagedis publici auctoritate Notarij imperiali, denique Dni vassalli auditis partibus suprascriptis, et omnibus, que ipse partes dicere, producere, et allegare voluerint, habitisque consilio, et deliberatione matura inter se, habitoque respectu dicte confessionis facte per predictum Collussium, quod dicta Cinta sit pheudum dicti Monasterij Sextensis, habitoque etiam respectu dicti instrumenti producti per predictum D. Abbatem continentis in effectum quomodo ipsi Collussius, et q. Joannuttus Soni omnia eorum bona recognoscunt in rectum, atque legalem pheudum dicti Monasterij sententiaverunt, pronuntiaverunt, et declaraverunt dictam Cintam esse, et fuisse pleno jure devolutam ad dictum Monasterium Sextensem tanquam rectum, et legale pheudum ejusdem propter dictam venditionem facta de predicta Cinta a dicto Collussio q. Ser Dominico de Septimo, constituentes eidem Domino Abbati in nuncium tenute Nob. virum Ser Antonium de la Frattina vassallum predictum, qui prefatum D. Abbatem ad omnem ejus requisitionem ponat, et inducat in possessionem corporalem dicte Cente.

Ego Angelus q. Zanini Bratti de Portugruario publicus imperiali auctoritate Notarius et &c.

Ego Dnicus de Padua filius q. magistri Joannis Barberij publicus imperiali auctoritate Notarius, et Cancellarius Curie Sextensis mihi ex laudo, et sententia Gastaldionis, et astantium dicte Curie concessa in notis q. Ser Angeli Bratti Notarij publici et Cancellarij ipsius Curie Sextensis, nil addens, vel minuens, quod substantiam contractus, seu intellectum modo aliquo mutet, vel variet, sed prout in notis ipsius Ser Angeli inveni, fideliter scripsi, et publicavi,

Signum.

signumque, et nomen meum apposui consuetum in fidem, et testimonium premissorum omnium, et singulorum et &c.

Da libro d'antico carattere coperto di carta pecora, intitolato = Sententie Pheudales, esistente nel nostro Archivio di Castello Torpeto pagina 63.

Cast.° di Torpeto 9 Gennaro 1617.

Grangiane

1423. 5. marzo Patti fra la Comune di Udine e la Venezia

Pacta inter Ducale Dominio venetiarum

et Communitatem utini

Thomas Mocenico dei gratia dux venetiarum et cetera. Nobilibus et sapientibus viris jacobo trivisano de suo mandato Locumtenenti patrie fori julij, et successoribus suis fidelibus salutem et dilectionis affectum. Cum primum nostra communitas utini dominio nostro juramentum fidelitatis et obedientie fecit, et ambasciatores suos ad nostram presentiam destinavit pro ipso instrumento ~~faciendo~~ fiendo cum presentatione certorum capitulorum, ad eadem capitula nostras exhibuimus responsiones, ut infra contineri videbitis cum ~~meis~~ nostris consilijs rogatorum, et additionis die 29 mensis junij 1419. Requisitis itaque modo nuperime parte communitatis predicte, quod dignamur ipsas nostras responsiones in literis nostris ducalibus inserere. Ecce requisitionibus suis duximus benignius annuendum, facientes ipsas per presentes nostras literas cum bulla nostra plumbea presentibus validare vobis mandantes quatenus uti jacent effectualiter observetis, et faciatis inviolabiliter observari, tenor ~~dictis~~ talis Quod ~~reddeatur~~ respondeatur ambasciatoribus communitatis nostre utini in hac forma videlicet quod audivimus et plene intelleximus ea ~~quod~~ que nobis exposuerunt ex parte communitatis nostre utini et eis respondemus quod dicta communitas ~~potest esse~~ certissima, quod intendimus eam habere tanquam bonos, et fideles servitores nostros, et ut videant et cognoscant

cant bonam intentionem nostram ad bonam gubernationem civitatis, et totius Patrie deliberavimus mittere unum nostrum Locumtenentem qui representare debeat nostrum Dominium, et habere custodiam dicte terre, et ut Communitas cognoscat humanitatem, et benignitatem nostram, sumus contenti et placeat nobis, quod dicta Communitas debeat se regere, et gubernare secundum statuta, ordines, et consuetudines suas et facere, ac eligere suos deputatos, et officiales prout consueti sunt facere per elapsum, et quod fiat jus in civilibus secundum mores suos, et quod Locumtenens noster debeat deputare unum Capitaneum in Utino, secundum quod faciebat Patriarcha, ita tamen quod dictus Capitaneatus non vendatur, et idem Capitaneus debeat facere jus in civilibus secundum mores suos sicut faciebat tempore Patriarche, et appellationes Capitanei vadant ad nostrum Locumtenentem. In criminalibus autem volumus quod libertas, et arbitrium remaneat in Locotenente nostro solo, ut fiat debita justitia, et equaliter omnibus. Verum si dictum Locumtenens nostrum aliquid faceret vel sententiaret super aliquibus que forent de jurisdictione sua, ubi non esset judicium de vita vel de membris, aut membro, et aliquis vellet se gravare, et appellare, volumus quod isti tales possint habere recursum et appellare ad nostrum Dominium, seu ad nostros auditores novos sententiarum, quibus hujusmodi ex nunc volumus esse comissa ...

et

Et quod dicta Communitas datia, et introitus ejusdem quod dederunt in scriptis provisori meo exigat, et exigi faciat, de quibus faciant expensas suas, et de dictis datiis, et introitibus disponant secundum consuetudines suas, et pro ut consueti sunt facere per elapsum, ita tamen quod de dictis introitibus fiant etiam solutiones, et restitutiones, sicut inferius continebitur.

Verum quod appellationes spectent locumtenenti nostro prout spectabant Patriarchae, et quia amplam fidem facimus, de dicta communitate, et ut hoc viderint per effectum et quod ab eis volumus nisi sacramenta et corda sua, quia sicut diximus sumus certissimi quod fidem suam fideliter observabunt, placet nobis, quod omnes obsides quos conduxerant Venetiis sint in libertate sua, et simul eis revertantur Utinum, quia considerata fidelitate dictae communitatis dictos obsides ita habemus caros in Utino quod alibi quia reddimur certi, quod ipsi obsides et sui erunt fidelissimi servitores nostri.

Super facto autem datiorum quod sicuti informati sumus fuerunt affictata per communitatem predictam per pretio satis boni per quatuor annos cum magno damno dicte Communitatis aliquibus qui exbursaverunt pecunias suas, sed tamen non debebant incipere gaudere dictis datiis nisi ad festum Sancti Michaelis proximi, quam venditionem habemus non esse ~~reclamando~~ relinquendam hoc modo et &c. Respondetur quod nobis ~~videmus~~ videtur quod talis affictatio sive venditio fuerit inhonesta, et valde damnosa dicte Communitatis, et quod tenere non debet. Et propterea pro commodo Communitatis ejusdem

summus

summus contenti quod dicta affictatio sive venditio revocetur quoque per ipsa datia remaneant libera ipsi communitati que habeat illa affictare juxta consuetudines suas pro utilitate, et commodo dicte communitatis, sed quia non esset justum quod illi qui emerunt dicta datia perderent pecunias suas quas exborsaverunt volumus quod de proventibus qui exigentur ex datiis suprascriptis fiat eis solutio in tribus annis, ita quod singulo anno detur eis tertia pars precii per eos soluti usque ad integram satisfactionem.

Circa factum autem possessionum, et bonorum domini Tristani et fratri et exititiorum quia sumus informati, quod aliquae ex dictis possessionibus et bonis sunt in manibus aliquorum qui nihil ferme solverunt, et habuerunt multas utilitates ex eis, et aliqua sunt in manibus quorundam, qui aliquid solverunt, sed non multum et habuerunt realiter multas utilitates, et proventus de dictis possessionibus in majori quantitate, quam fuerint pecunie solute, dicatur illis Ambasciatoribus quod intentio nostra est, quod omnia bona, et possessiones omnes libere et subito restituantur Tristano, et fratri, et aliis exititiis, sicut primo tenebant. Sed quia sunt aliquae alie possessiones, et bona in manibus aliquorum, qui solverunt pecunias suas, et nihil, vel modicum utilitatis habuerunt, et non esset conveniens, quod isti perderent pecunias suas, dicetur ipsis Ambasciatoribus, quod nobis justum videtur, et sic volumus quod iste possessiones et bona libere, et de presenti restituantur illis quorum erant, sed quia nobis etiam inconveniens videtur, quod isti qui

solu

tales perdarent pecunias suas volumus quod de dictis proventibus comunitatis utini fiat eis vestitutio veri precii exbursati in tribus annis videlicet singulo anno pro tertia parte usque ad integram satisfactionem suam. Preterea quia Patriarcha alienavit etiam aliqua castra que erant D. Tristani et fratris cum pertinentiis et jurisdictionibus suis aliquibus que dederunt pecunias suas, et propter guerram nullam, vel modicam utilitatem habuerunt, dicatur ipsis ambasciatoribus quod intentio nostra est, quod etiam dicta castra cum pertinentiis et jurisdictionibus suis restituantur D. Tristano et fratri sicut primo habebant, sed ut illi non perdant pecunias suas sumus dispositi per viam concordij, vel aliter sicut nobis videbitur providere circa restitutionem fiendam per D. Tristanum de vero pretio exborsato per eos, per illos, modos, terminos, quantitates quoque nostro Dominio videbuntur. Et ultra solutionem fiendam tam illis, qui emerunt possessiones, et bona predicta quibus debet fieri restitutio, Reliqua omnia datia, et introitus dicte communitatis sicut deberunt in scriptis provisori nostro libere remaneant dicte communitati pro expensis occurrentibus secundum consuetudines.

Datum in nostro Ducali Pallatio dies 5 mensis martij indictione prima 1423

Da libro d'antico cavatere coperto di Pergamena intitolato Privileggi del Friuli esistente nel nostro Archivio di Castello a carte 25 tergo prima numeratione

Cast.o di Porpetto 14 Gennaro 1817

Frangipane

Il Luogotenente e commissarii Venete promettono
comunità del friuli d'esser pronti con gente e cavalli.

3 Indictione nona die 6ta mensis maii utini sub
Palatii ressidentiæ mag.ci D.ni Locumtenentis. Ser
os spectabilesq. ac generosos viros D. Jacobum Triviza=
novandum Locumtenentem Patriæ Fori julij pro Ill.mo
Si Dominio, ac D. Nicolaum Georgium militem
tiarsium Venetiarum, D. Petrum Lauredanum sapien-
Consilij, et D.num Andream Contareno Sapientem Ter-
ræ de novo aquisitarum in Patria Fori julij
Serenis.mo Ducali Dominio Nostro Solemniter
ufatos, exequenter formam eorum Comissionum
orditer extitit. deliberatum, et unanimiter firmi
m, quatenus per ipsum D.num Magnif.cum Locumtenen
et Sp.tos et generosos D.nos prenominatos par
inclytæ Dominationis prefatæ cum illis prestr
tibus et humanis verbis, quæ suæ sapientiæ videbun=
comitti debeant, et mandari huic Comunitati Utini, seu
tatis per eam, et Communitatibus hujus Patriæ, et No-
bus Castellanis, et consortibus hujus Patriæ suoditis, et
tious Ser.mæ Dominationis Nostræ et universis quibus ad
modi teneatur, quatenus a modo usque ad sex menses pro
s, ipsi, et eorum quilibet debeant se se posuisse in bono
to, et in ordine in illis equis, hominibus, et Balestre
eorum armis quibus quilibet ipsorum, ac ipsarum Commu
tum tenentur, et obbligatus est pro Predictis bonis, et re
quibuslibet, quæ tenent et possident ac recognoscunt a
in hac Patria, et in omni casu ipsi sint parati
Dictis Equis, armis, hominibus, et Balistariis ad exe
dum Mandatum predicti Dominii pro bono et con

sec_

Il Luogotenente e Commissarii Venete promettono alle Comunità del Friuli d'esser pronti con gente e cavalli.

1423 indictione prima die 6ta mensis maii ibim sub Logia Palatii ressidentie mag.ci D.ni Locumtenentis. Per mag.cos spectabilesq. ac Generosos Viros D. ... honorandum Locumtenentem Patrie Fori julii pro Ill.mo Ducali Dominio, ac D. Nicolaum Georgium militem consiliarium Venetiarum, D. Petrum Laureda[n]um sapientem Consilii, et D.m Andream Contareno Sapientem Terrarum de novo aquisitarum in Patria Fori julii pro Serenis.mo Ducali Dominio Nostro solemniter deputatos; exequentes formam eorum comissionum concorditer extitit deliberatum, et unanimiter firmatum, quatenus per ipsum D.m Magnif.cum Locumtenentem et Sp.os et generosos D.nos prenominatos parte inclyte Dominationis prefate cum illis pertinentibus et humanis verbis, que sue sapientie videbuntur comitti debeant, et mandari huic Comunitati Utini, seu Deputatis per eam, et Communitatibus hujus Patrie, et Nobilibus Castellanis, et consortibus hujus Patrie subditis, et fidelibus Ser.me Dominationi Nostre et universis quibus ad hujusmodi teneatur, quatenus a modo usque ad sex menses proximos, ipsi, et eorum quilibet debeant se se posuisse in bono puncto, et in ordine in illis equis, hominibus, et Balestrariis, eorum armis quibus quilibet ipsorum, ac ipsarum Communitatum tenentur, et obligatus est pro Predictis bonis, et rebus quibuslibet, que tenent et possident ac recognoscunt a Curia in hac Patria, et in omni casu ipsi sint parati cum dictis equis, armis, hominibus, et Balistariis ad exequendum Mandatum predicti Domini pro bono et con-

sec-

servatione hujus Dativię.

Coe: consimili in Processu intitulato Processo de Sri di Spilimbergo a pag. 60. existente penes Nob. Comitem Fabium Asquini per alium mihi fidem manum exemplavi, facta diligenti incontratione inveni eam concordare

Cro Hyeronimus de Faganea Not.
Pub.s et Cancellarius Castri Fontini Dominorum de Savorgnano
21.a 9mbris 1797.

1424. 24. 7bre. Il Parlamento rigetta l'istanza di S. Vito. ora feudo 338.
d'abitanza concesso a M. della Fratina, che ne viene poi investito dal Luogote

